





Nf. 59.5.























בשם אקבו. אשר קדשנו במצותך וציון

## PROOEMIUM.

**Q**Vanta de *punctorum & Accentuum Hebræorum Antiquitate & Usu* inter Doctores imprimis Christianos dentur præjudicia, non est, cur hîc prolixè cum tædiò repetamus, cùm id jam ante nos fecerint quamplurimi. Pauca tamen ut in limine hîc afferamus, videtur hujus materiæ postulare ratio. Et (I) quidem *Antiquitatem* eorum quod spectat, notum est, quàm infaustò sidere ELIAS LEVITA superioris Seculi Grammaticus Hebræus, isq; primus & solus inter Hebræos inauditam antea de ea tulerit sententiam, in *Præf. Masoreth Hammasoreth*, quasi scilicet *S. Textus Hebræus V. T. initiò non fuerit Vocalium & Accentuum notulis distinctus aut signatus, sed demum post absolutum Talmud Sapientes quidam Tiberienses, (circa Annum Christi quingentesimum) Punctorum & Accentuum figuras primi invenerint, vel libris sacris addiderint*, divortium sic faciens ab omnibus suis Tribulibus, qui ante ipsum scripserunt, ceu qui omnes ferè, præcipuè vetustiores punctorum Originem vel ad Mosen & reliquos Scriptores ipsos, pauci saltem ad Esdram minimum retulerunt, huncq; vel primum illorum Autorem vel potiùs Restauratorem fecerunt. Hinc rectè Cl. Buxi. *Tr. de Punct. Antiqu. p. 398.* asserit, quod *ne gry quidem, ne vocula, imò ne jota quidem vel apex, de Tiberiensibus Masorethis Punctationis auctoribus, in omnibus Hebræorum scriptis, quæ quidem ipsi sub manus & oculos venerint, & qui ante Eliam scripserint, reperiatur.* Et in præf. tr. cit. *Hujus, inquit, sententiæ (sc. de novitate Punctorum) nec unicum testem, Eliam antiquiorem repertum iri, ego firmiter persuasum habeo — — nec quisquam (ex Judæis) hactenus mihi visus, qui se ipsi (ELIÆ) adjungere voluerit, aut quem ipse saltem hæsitabundum reddere potuerit.* Ut aded mirum videri

A 2

posset

*Erta et. Aben Gafit. l. El  
Jo. Waf. p. ur. 113. A. 1  
a. p. ur. ad 26. q. 390.]*



posset, quâ tam facilem tamq; frequentem hæc Eliana sententia inter Christianos impetraverit consensum, cujus tamen ansa & origo hæc fuit: nimirum postquam hujus Eliæ scripta à Seb. Münstero in Linguam Latinam translata summisq; ab ipsò Elogiis ornata prodierant, factum est, ut iis, qui & aliàs Textus Hebraici puritatem & integritatem suspectam reddere enixè laborabant, sententia hæc nova nimis ex votò ceciderit. Cum enim audiverunt, Verba sunt Cl. Buxt. l. c. adeò recentem hanc esse artem, & à tam novitiis Judæis Textum Sacrum esse punctatum, jam nullâ, ulteriori probatione opus esse existimarunt ad evincendum, Fontes Hebraicos à Judæis esse corruptos. Accedit, quod tunc temporis, dicente eodem Buxtorfiò pauci quoque fuerint, qui profundius in Hebræorum scriptis de his inquirere & accuratius hanc Eliæ sententiam examinare voluerint.

Unde porrò factum videmus, ut sec. illud Hebr. שבשתא דעל על Error ingressus progreditur, hoc periculosum Christiani postea Confectarium ex Elianâ sententiâ elicuerint, scil. totam proinde punctationem S. Textus Hebræi, esse opus seu inventum merè humanum, & hinc neminem, ad hodiernam librorum S. Hebraicorum lectionem ita adstrictum esse debere, quin si commodiorem sensum, sive è proprio judiciò, sive ex veteribus interpretibus, variisq; versionibus, haurire & invenire queat, liberè puncta illa mutare, ab illorum sensu recedere, & alia substituere possit: Aut uti Stapleton. Contr. 5. quæst. 3. art. 1. habet: Appositione punctorum vocalium Ebraismum esse vitiatum, & ab eò tempore non posse amplius Ebraicum Textum Authenticum esse, aut Versionum normam. Qualia plura in S. Textum Origanarium gravissima præjudicia, & Φορὰ ἀνὸς ματὰ ab Ad-<sup>indignaria</sup> versariis jacta, conferre licet in Dn. D. Wasm. Vindiciis Part. I. p. 12. seqq.

(2) Quoad Usus verò Accentuum non minùs tum inter Hebræos vulgares, tum Christianos varia dantur sententiarum & divortia & præjudicia. Etsi enim Hebræorum doctiores & Christianorum nonnulli rectè statuunt, Accentus facere ad numerum Oratorum & necessarios esse להבנת הכתובים לקוראים כאלו היו פנים פנים פנים ad intelligentiam Scriptorum lectoribus, ac

si lo-

Summ



5  
si loquerentur facie ad faciem, ut loquitur R. Calonymus *init. tr. de Accent.* nihilominus tamen plurimi sunt, qui locò genuini hujus spurium & Commentitium eorum *cantillandi* usum substituunt, eoq; progrediuntur temerariò lusu, ut etiam *Scalam* eorundem *Musificalem* exhibeant (qualis videre est in Schickardi *Horol. Reg. 154.* & Eberti *Poët. Hebr. p. 65*), quasi scil. in id præcipuè data foret *Accentuatio Biblica*,

*UT RElevet Miserum FATum SOLitosq; LABores.*

Ut autem rectius de *Accentuationis*, & in præsens quidem *gemine*, usu constet, proposuimus nobis, præsentì hac *Philologicâ Dissertatione* exponere, quàm *gemina Accentuatio* soli *Decalogo* propria palmarium ex ipsò *S. Textu Originariò*, adedq; vel authenticum argumentum præbeat defendendæ *Lutheranorum genuinæ Divisioni Decalogi*. Cum verò hoc accuratè fieri nequeat, nisi præmittantur diversæ *Decalogi* divisiones, proinde

*Sectione I. Varias de divisione Decalogi sententias, cum suis Autoribus & Judæis & Christianis, quâ fieri poterit brevitate, enumerabimus.*

*Hinc Sect. II. Genuinum usum duplicis hujus Accentuationis exponemus, & pro quâ ex supra enumeratis sententiis illa faciat demonstrabimus.*

*Deniq; Sect. III. Objectiones Cl. Buxtorffii aliorumq; contra hunc genuinum & distinctivum in Decalogo usum solvemus, iisdemq; ut speramus, satisfaciemus.*

Quibus absolutis, speramus Usum *Accentuationis geminæ* sic fore adstruatum, ne facilè *Adversariorum Machinæ* eam destruere possint. Antequàm verò ulterius provehamur, imploramus Sanctum illud flamen, ut nobis secundum esse, nosq; ita dirigere velit, ac ab optato, quò tendimus, portu infeliciter deflectamus.

Sit itaq; nunc

SECT.



## S E C T. I.

*Enarrans varios variorum modos dividendi Decalogum imprimis in sua Præcepta.*

§. 1. Quandoquidem, ut in Proœmio diximus, genuinus dulpicis Accentuationis nostræ usus sine variarum Decalogi divisionum præcognitione accuratè nec proponi nec intelligi potest, constitutum hîc nobis est in limine quasi subsistere, & *varios dividendi Decalogum modos* enarrare, ut dehinc eò accuratiùs judicare queamus, pro quâ divisione faciat nostra Accentuatio gemina.

§. 2. Atq; sic ab initiò statim agnoscimus, *duplicem* imprimis decalogi dari *divisionem*, nim. (1) in duas Tabulas & (2) in Decem Præcepta. Priorem quod attinet sc. *in duas Tabulas*, ea adè inter Doctores recepta est, ut nemo eam sive Judæorum sive Christianorum, ob Autoritatem plurimorum Script. locorum e. g. Ex. 32, 15. c. 34, 1. Deut. 4, 13. c. 5, 22. c. 10, 1. 3. negare hæctenus ausus fuerit.

§. 3. Quot autem & quænam præcepta ad unamquamq; Tabulam pertineant, de eò non eadem omnium mens est & sententia. Talmudistæ & Judæorum plerique, cum in Vet. Testamenti libris nusquam inveniunt, quot præcepta prior, quot posterior Tabula habeat, facillimè hunc nodum solvi posse putant, si *decem hæc verba* in duas æquales partes dividant, ita ut unicuiq; Tabulæ *Quina* assignentur. Hinc leguntur in *Talmud Hierosolym. Tract. שקלים* c. 6. sequentia: כיצד היו לוחות כתובין חנניה בן אחי רבי יהושע אומר' חמשה על לוח זה וח' על לוח זה: h. e. *Quomodo fuerunt Tabule legis scriptæ? Chananja filius fratris Jehosue dicit: Quinq; præcepta super Tabulâ hæc, & quinq; super Tabulâ istâ.* Idem asseritur in *Schemoth Rabba, lib. Zohar Sect. Jetbro & R. Bechai* lib. allegante eos Cl. Buxt. *diff. cit.* Eandem sententiam amplectitur Philo *De Decalogo* in *Expos. Decalogi* p. 513. & Joseph. *lib. 3. Antiq. c. 4. p. 97. fin.* ubi postquam prolixè disseruerat, quomodo Moses à Deo Tabulas Legis acceperit, atq; Majestatem DEI populo Israëlitico exposuerit, addit: τὰς εἰπὼν δύο πλάκας αὐτοῖς ἰτιδέινυσιν ἐγγεγραμμένους ἐχέουσας τὸς δέκα λόγους, ἐν ἑκατέρῃ πέντε. *His dictis profert*

*duas*  
\*Edit. Turneb. \*Edit. Gelanii, qua prædit Aurel. Allobrog. 1611.

præcepta.



duas Tabulas continententes decem praecepta inscripta, in singulis quina. & Cap. VI. ejusdem lib. p. 83. ταύτη τὰς δύο πλάκας ἐν αἷς τὰς δέκα λόγους συγγραφαί συμβεβήκει, ἀνὰ πέντε μὲν εἰς ἑκατέραν ἀνὰ δύο δὲ καὶ ἡμισὺ κατὰ μέτωπον, ἐγκατέθετο. In hanc scil. arcam duas Tabulas, in quibus decem praecepta conscripta erant, quina quidem in unaquaque, bina verò cum dimidio in singulis paginis, reposuit: putavit nimirum Josephus, Tabulas has ab utroq; latere conscriptas fuisse, an rectè, nunc non disputabimus.

§. 4. Sic R. Sal. Jarchi ad Cap. IV, 5. Cant. Cant. idem statuit, modum insuper exponens, quò illa Quina praecepta fuerint disposita, Verba ejus uti habentur in Opere Basileensi fol. 844. Col. 1. sunt seqq. שְׁנֵי שְׂדֵיךָ עַל שֵׁם הַלְוָהוֹת תֹּאמְרֵי צְבִירָה שֶׁהֵם מְכוּוֹנוֹת בְּמִדָּה אַחַת וְחֻמְשָׁה דְּבָרוֹת עַל זֶו וְחֻמְשָׁה עַל זֶו מְכוּוֹנִין דְּבֹר כְּנֶגֶד דְּבֹר אֲנֹכִי כְּנֶגֶד לֹא תִרְצֶה שֶׁהוֹצֵחַ מִמַּעַט אֶת הַדְּמוּת שֶׁל הַקְּבִיָּה לֹא יִהְיֶה לְךָ כְּנֶגֶד לֹא תִנְאַף שֶׁהוֹנֵה אַחֵר עֲבוּרָה זֶרֶה דְּרֶךְ אִשָּׁה הַמְּנַאֶפֶת תַּחַת אִשָּׁה תִּקַּח אֶת זָרִים לֹא תִשָּׂא כְּנֶגֶד לֹא תִגְנוֹב שֶׁהוֹנֵב סוּפוֹ לִישְׁבַּע לְשָׁקֵר זְכוֹר כְּנֶגֶד לֹא תַעֲנֶה שֶׁהִמְחַלֵּל אֶת הַשַּׁבַּת מֵעִיד שָׁקֵר בְּבוֹרְאוֹ לֹאמַר שֶׁלֹּא שַׁבַּת בְּשַׁבַּת בְּרֵאשִׁית כְּבוֹד כְּנֶגֶד לֹא תִחְמוֹד שֶׁהַחֹמֵד סוּפוֹ לְהוֹלִיד בֵּן שְׂמֻקְלָה אוֹתוֹ וּמְכַבֵּד

[Evidet. Oper. Aug. l. Targ. in Cant. 4, 5. ubi duo n. p. in prima Tabula alb.]

: למי שאינו אביו: i. e. Duobus (scil. hic dicitur) propter duas Tabulas legis, quæ sunt gemelli capreae (qui scil. sibi planè similes sunt, ut in præcedentibus exposuerat) quia sunt dispositæ in mensura unâ (i. e. æqualiter sese habent): Quinq; enim praecepta super hac, & quinq; praecepta super illa: Disposita inquam sunt Præceptum è regione præcepti, nim. (I) Ego sum Dominus DEUS tuus, &c. è regione VI Non occides: Nam qui occidit, imminuit (destruit) imaginem DEI O. M. (II) Non sit tibi Deus alienus &c. è regione VII Non mæchaberis: Nam qui scortatur post cultum alienum (idololatriam) similis est mulieri adulteræ quæ loco mariti sui suscipit alios. (III) Non sumes nomen Domini DEI tui in vanum, è regione VIII. Non furaberis: Nam qui furatur, finis ejus est, ut & juret mendaciter. (IV) Memento ut Sabbathum sanctifices, è regione IX. Non respondebis falsum testimonium

eval





nium &c. Nam qui profanat Sabbathum, testatur mendacium in Creatorem suum, quasi diceret, illum non quiescisse Sabbatho Creationis. (V) Honora Patrem &c. è regione X. Non concupisces. Nam qui concupiscit, finis ejus est, ut generet filium, qui vilipendit ipsum & honorat aliquem, qui non est pater ipsius. Hæc Salomo Jarchi. Huic Hebræorum sententiæ ex Christianis quoq; suffragatur B. Irenæus, *Scripta vel* quando lib. 2. c. 42. scribit: In quinque libris legem populo Moyses tradidit. Unaquæq; Tabula, quam accepit à Deo, præcepta habebat quinq;.

§. 5. Cæterum & Christianorum & Hebræorum Doctores <sup>ali:</sup> seniores omnes metiuntur has duas Tabulas ex duplici Objecto, vel ut alii loqui amant, ex duplici officio tum pietatis erga DEUM, tum charitatis erga proximum. De Christianis res clara est. De Judæis verò id itidem patet. Docent enim communiter: Quinq; priora præcepta (quæ hi ad primam Tabulam referunt) esse de iis, quæ sunt בין אדם למקום inter Hominem & Deum: posteriora autem quinque præcepta esse de iis, quæ sunt בין אדם לחבירו inter Hominem & proximum ejus. Hinc Abarbenel in Leg. fol. 172. præcepta prioris Tabulæ דבורים אלהיים præcepta divina: posterioris verò Tabulæ דבורים אנושיים præcepta Humana appellat. Imò Cl. Buxt. de Dec. putat, Antiquiores, quosdã Hebræos huc quoq; respexisse qn. dixerint: שתי לוחות כנגד שמים וארץ. וכנגד חתן וכלה. וכנגד שני עולמים: שושבין וכנגד שני עולמים: *Duas Tabulas esse respectu Celi & Terra, & respectu sponsi & sponsæ, & resp. duorum Paranymphorum, & resp. duorum seculorum.*

§. 6. Quæ cum ita sint, & tamen ex supra allegatis Raschi verbis constet, quod Rabbinum Præceptum de Honorandis Parentibus ad primam Tabulam referant, non immeritò quis miretur, quâ ratione id fieri possit. Cui dubio ut satisfaciant Judæi, dicunt, Etiam in hoc præcepto describi Deum, quia parentes quodammodo communicent cum eò in hominis formatione. Unde qui eos non honoret, perinde esse, ac si Deum non honoraret, uti ferè loquuntur AbenEsra & Abarbenel in Legem. Imò Abarbenel aliam adhuc jungit rationem, scil. propter



ptere à hoc præceptum ad primam Tabulam relatum esse, quia vis & sensus hujus præcepti sit, ut credamus Traditionibus antiquorum. sed quæ recensere, refutare est.

§. 7. Quare absurditatem hujus sententiæ quasi eminus videntes nonnulli ex sanioribus Judæis, eandem planè deserunt, atq; hoc de Honorandis Parentibus præceptum ad secundam Tabulam cum Christianis transferunt. Hinc Ramban seu R. Moses Bar Nachman in Legem, præcepti hujus explicationem orditur h. m. B. J. 43.

הַשְּׁלִים כָּל מַה שְּׂאֵנוּ חֵיבִין בְּדַבְרֵי הַבּוֹרָא בְּעֵצְמוֹ וּבְכַבּוֹדוֹ וְהוֹרֵא לְצוּת אֹתָנוּ בְּעֵנֵינוּ הַנְּבִרָאִים וְהַתְּחִיל מִן הָאֵב שְׁהוּא לְתוֹלְדוֹתָיו בְּעֵנֵין בּוֹרָא מִשְׁתַּתָּף בִּיצִרָה כִּי הֵשֵׁם אֲבִינוּ הָרֵאשׁוֹן וְהַמּוֹלִיד  
Ecce absolvit hucusq; omne id, quod nos prestare tenemur in rebus Creatoris circa Essentiam & honorem ejus, & progreditur ad præcipiendum nobis de officiis erga Creaturas, incipiens à Patre, qui generatione suâ instar creatoris quodammodo est, participans in creatione. Nam Deus est pater noster primus, & gignens est pater noster ultimus. &c. Sed cum hæc nobis non ex professo tractentur, adeat qui plura de his desideret Cl. Buxt. Diff. de Decal. §. 41, 42, 43. Gerard. Joh. Voss. Thes. Theol. disp. 24. th. 3. aliosq;.

§. 8. Missâ nunc ergo illa Decalogi in duas Tabulas divisione, ulterius lustrabimus varias ejus Divisiones in singula præcepta, quò rectiùs infra de Accentuationis nostræ usu in verâ sententiâ determinandâ judicare possimus. Atq; sic tres præprimis hîc sese offerunt sententiæ, quarum primam vocabimus Talmudistarum & Rabinorum: Secundam, Josephi & Calvinistarum: Tertiam verò Augustini & Lutheranorum, quibus appendicis locò subjungemus Armenorum Christianorum planè diversam divisionem.

§. 9. Primam itaq; sententiam & distinctionem quod attinet, agnoscit illa verba hæc præmalia: Ego sum Dominus DEUS tuus, pro primo præcepto: & pro secundo, Non habebis Deos alienos, ne facies tibi sculptile. Et ne numerum denarium excedat, Nonum & decimum de Non-concupiscendo conjungit.

§. 10. Atque hanc sententiam, ut diximus, fovent Talmudistæ, & innumeri Rabbini juniores, quorum plurima loca allegata vide apud Clar. Buxtorff. diff. cit. §. 66. scil. ex Talm. Babyl. de Sabbatho

B

Talm.



*Talm. Hierosolym. de Benedict. Libr. Zohar. sect. Jethro, Vajikra Rabba sect. 24. Quibus junge Aben Esram in Expos. Decalogi, qui simul rationes reddit, cur Judæi hoc proœmium pro primo præcepto habeant, quas tamen fusius & clarius exponit Paulus Burgen-  
sis prius Judæus, postea Christianus factus in Additionibus ad Lyranum Addit. 1. Exod. c. 20. cujus verba, etsi paulò prolixiora, hic juvat audire: sunt autem illa seqq. scil. Motiva, inquit, seu rationes, quibus (Hebræi) nituntur, mutare sententiam prædictorum verborum (Ego sum Dominus) quæ est planè denunciatiua, in sententiam præceptivam sunt duo. Unum est, quod omnia præcepta divina observanda oportet presupponere, ut dicunt, & rationabiliter, ut videtur, quod credatur absque dubietate, quod ille, qui loquebatur, seu præcipiebat, erat Deus suus, qui eos eduxerat &c. quæ quidem credulitas, seu fides erat potissima ratio obligandi eos ad observanda eius præcepta. Unde cum dicitur, Ego sum Dominus DEUS tuus &c. præcipitur sec. eos affirmativè ut dicunt, quod hoc firmiter credatur, scil. quod ille, qui loquebatur seu præcipiebat, erat Deus, qui eduxerat &c. quam quidem rationem ponit Aben Esra in suâ glossâ. Et videtur habere fundamentum juxta illud Apostoli ad Hebræos Cap. XI, Accedentem ad DEUM oportet credere, quod &c. Alii verò dicunt, quod, in quod hoc dicitur, Ego sum Dominus DEUS tuus, præcipit affirmativè, quod ille DEUS, qui loquebatur, i. e. qui eos eduxerat de servitute Ægypti, haberetur ab eis in Deum, ita, ut mandata ejus tenerentur observare. Quod quidem præceptum dicunt debere necessariò præcedere omnia alia præcepta. Ad quod ponunt tale exemplum. Ponatur quod aliquis rex de novo veniat ad aliquam provinciam, indecens esset, quod in eâ faceret leges & Constitutiones, antequam in regem reciperetur. Undè dicunt, quod cum dicitur, Ego sum Dominus DEUS tuus &c. præcipitur, quod recipiatur ab eis jugum regis Cælestis: scil. Obedientia divinorum mandatorum, quod est præceptum primum ad omnia mandata divina. Et hæc est ratio aliquorum Talmudistarum, prout latè R. Moses Gerundensis recolligit ex dictis eorum in sua glossâ super Exodum.*

*§. II. Hanc Hebræorum sententiam nonnulli etiam ex Christianis amplectuntur: e. g. B. Irenæus cujus verba jam supra vidimus*



mus Sect. hâc §. 4. Sic D. Hieronymus ad Cap. X. Hoseæ videtur idem sensisse, quando ad verba illa: *Cum corripientur super duas iniquitates suas* citat verba Jeremiæ: *Duo pessima fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi lacus convritos, atque statim subjungit: Hæ duæ iniquitates contra duo Decalogi erupere præcepta, in quibus dicitur: Ego Dominus DEUS tuus: non erunt tibi Dii alieni absque me. Alibi tamen aliam videtur amplexus fuisse sententiam, uti infra ad sententiam secundam dicemus. Sic quoque ex recentioribus & quidē ipsis Calvinianis Petrus Martyr *Comment. in Epist. ad Rom. 7, 7.* Post multa demum ita infit: *Alii scil. ipsius Sodales ut in præceptis denarium numerum conservarent, præceptum istud: Non concupisces, in distinctum reliquerunt: primum autem in duas partes diviserunt: ut in priori ponerent, Non habebis Deos alienos; in alterâ: Non facies Tibi sculptile &c. Ego verò utrumq; puto ad idem præceptum pertinere. Primum autem mandatum esse arbitror, quod quasi proæmii loco cæteris præponitur: Ego sum Dominus DEUS tuus &c. Nam his verbis sancitur, ut illum pro vero Deo habeamus. Ne autem eum putaremus unâ cum aliis Diis colendum esse, statim adjectum & secundum præceptum, quo Deos alienos & sculptilia & imagines colere prohibemur.**

§. 12. Cæterum assertoribus hujus primæ sententiæ B. Cramerus de divisione Decalogi c. 3. annumerat *Philonem Judæum & Athanasium. Ger. Joh. Vosius* verò, ne fortè admittere cogatur, quoad illud præceptum: *de non habendis Diis alienis & non faciendis sculptilibus*, plures ex antiquitate à Lutheranorum, quàm Calvinianorum sententia stare, omni modo contendit, eos non primæ sed secundæ, adeoque hodiernorum Calvinianorum sententiæ esse. B. Cramerus, ne frustra id asseruisse videatur, producit locum Philonis ex Antiq. Biblicis, ita inquit *recitat Philo verba, quæ Dominus Populo suo locutus est: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi Te de Terrâ Egypti, de terrâ servitutis. Subjicit statim: Deos sculptiles non facies tibi, nec facies omne abominamentum Solis & Lune, nec eorum quæ sunt super terram, nec eorum, quæ repunt in aquis. Ego sum Dominus DEUS tuus zelans &c. Postea non accipies nomen Domini DEI tui in vanum. &c. Et addit Cramerus: Unde*



liquet Philonem in distinctione suâ cum Josepho non facere, sed hanc tertiam sequi, neque præceptum de Sculptilibus intellexisse, de fabricatione imaginum absolutè, sed complexè cum cultu adorationis. Itaque planè omisis illis verbis (Non habebis Deos alienos) hæc tanquam *ισουδυναμῶντα* reposuit. Idem de Athanasio statuit Cramerus *loc. cit.* dum ait: *Athanasius decem præcepta gemina Tabula inscripta repetens lib. 2. Synopsis. Scriptura constituit primum præceptum: Εγώ εἰμι κύριος ὁ θεός σου. Secundum: ἔπιθήσεις σεαυτῷ εἰδωλον ἔδε παντὸς ὁμοίωμα. Tertium: ἔλήψη τὸ ὄνομα τῷ θεῷ Ἰσραηλ.* Et sic deinceps; quibus subjungit: Atque hinc de Athanasio idem, quod de Philone diximus, verum est.

§. 13. *Cl. Vossius* contra ut enervet *B. Crameri* rationes dicit de Philone, (1) ejus librum de Antiq. Bibl. supposititium esse, id quod certò certius sit. (2) Producit alium locum Philonis *ex lib. I. & II. de Decalogo*, quem infra videbimus c. I. §. 17. hujus Sect. & concludit p. 356. hisce verbis: *Spissus igitur est error eorum (& in margine notat Dn. Cramerum & B. Gerb. in LL. Theol. Tom. 3. p. 55. id statuentes) qui Philoni eam placuisse sententiam arbitrantur, quam AbenEsram & Mosen Gerundensem secutos esse antea diximus.* Sic de Athanasio postquam ejus verba adduxisset, quæ antea apud Cramerum vidimus, contra cum ita differit p. 358. *Daniel Cramerus* ait, *Athanasium hic non Josephi, sed AbenEsrae sententiam amplecti: ut qui primum præceptum esse dicat: Ego sum Dominus DEUS tuus &c. λῆγει. Nam si credidisset, alterum præceptum esse, Non habebis Deos alienos, non dixisset, secundum esse: Non facies tibi imaginem.*

§. 14. Sed ut verum fateamur non adedò opus habuisset ut suum *λῆγει* in *B. Cramerum* torfisset *Vossius*. Etenim Athanasium quod attinet, omninò videtur referri posse ad primam hanc sententiam. Nam cum primum præceptum faciat: *Ego sum Dominus DEUS tuus, & secundum: Non facies tibi sculptile*, non additis verbis intermediis: *Non habebis Deos alienos*, possunt hæc verba utique referri ad illa: *Non facies tibi sculptile*. uti fecit *B. Cramerus*. Et licet fortè eadem verba referri possint ad subsequentiâ, uti vult *Vossius*,  
dubium



dubium tamen manet, an primæ, an secundæ sententiæ accensendus sit Athanasius. Quorsum igitur ipsius λῆξι? De Philone tamen res forte clarior est, uti videbimus ex ipsius verbis infra pro secunda sententia & divisione adducendis.

§. 15. Nos interim de hisce Autoribus eorumq; sententia non admodum contendemus, sed facile à Vosii ejusque Sodalium partibus stare permittemus, si velint, cum non Auctoritate & multitudine Autorum, sed authentico principio distinctivo scil. Accentuatoriò sententia Orthodoxorum de genuinâ divisione Decalogi benè defendi possit.

Atque hæc de Autoribus primæ sententiæ dicta sunt.

§. 16. Secunda sententia & distinctio est, quæ verba illa: *Ego sum Dominus DEUS tuus* &c. non pro præcepto, sed pro Proæmio totius Decalogi habet (sive ea dehinc ad primum præceptum referat, sine non): Primum autem Præceptum facit illa verba: *Non erunt tibi Dii alii*. Secundum: *Non facies tibi sculptile*. Tertium: *Non assumes nomen DEI in vanum* &c. Et ne numerum denarium excedat, Nonum & decimum Lutheranorum præceptum *de non concupiscendò* pro uno habet.

§. 17. Atq; hanc sententiam & distinctionem probant tum Philo Judæus, quando, postquam præcepta lib. 1. de Decalogo hunc ferè in modum enumeraverat, dehinc librum secundum sic orditur: *ἐν μὲν τῇ περὶ ταύτης βίβλῳ, δύο κεφάλαια ἠερίβωται τῶν δέκα. πῶ, τε περὶ τῆ μὴ νομίζειν θεὸς ἀνιοκρατεῖς ἑτέρας, καὶ περὶ τῆ μηδὲν θεοπλασεῖν χειρόκμητον*. In libro, qui hunc præcedit proximus, duo Capita de decem, accuratè expensa sunt, alterum, de non habendis Diis aliis pro omnipotentibus, & de non fingendis simulacris. tum Josephus, quippe qui lib. III. Antiq. Judaic. c. 4. p. 78. edit. cit. præcepta hoc ordine recenset:

Διδάσκει μὲν ἐν ἡμᾶς ὁ πρῶτος λόγος, ὅτι θεὸς ὅστις, καὶ τῆτον σέβεσθαι μόνον.

Ὁ δὲ δεύτερος κελεύει, μηδενὸς εἰκόνα ζωῆς ποιήσαντας προσκυνεῖν.

Ὁ τρίτος δὲ ὅτι μηδενὶ Φαύλω τὸν θεὸν ὀμνῦναι.

B3

Ὁ δὲ



Ὁ δὲ τέταρτος, ὁρᾷ τῆσιν ταῖς ἑβδομάδας, ἀπαιτούμενος ἀπὸ  
παντὸς ἔργα.

Ὁ δὲ πέμπτος, γονεῖς τιμᾷ.

Ὁ δὲ ἕκτος, ἀποχέσθαι φόνου.

Ὁ δὲ ἕβδομος, μὴ μοιχεύειν.

Ὁ δὲ ὄγδοος, μὴ κλοπὴν δρᾶν.

Ὁ δὲ ἑνάτος, μὴ ψευδομαρτυρεῖν.

Ὁ δὲ δέκατος, μηδενὸς ἀλλοτρίου ἰπιδυμίου λαμβάνειν.

Versionem hęc addere, nihil attinet, cum verba satis clara sint.

§. 18. Philonem & Josephum hęc in parte sequuntur Doctores  
Christianorum plurimi, & quidem tunc (1) Origenes, quippe  
qui in Exod. Hom. 8. ita scribit: *Primum mandatum est: Non erunt  
tibi Dii alii pręter me. Et post hoc sequitur, Ne facias tibi Idolum.*  
&c. Hęc simul nonnulli putant unum esse mandatum. Quod si ita  
putetur, non complebitur decem numerus mandatorum. Et ubi jam  
erit Decalogi veritas? Sic (2) Gregorius Nazianz. *Carm. XXXV,*  
*edit. Basil. Gręc. p. 36. Col. 2. & Latin. p. 908.*

ὃ γνώση θεὸν ἄλλον, ὅτι σέβας οἶον ἐνόση.

ὃ εἴσεις ἰδάλμα κενόν, καὶ ἀπνοον εἰκῶ.

ὃ ποτε μαψιδίως μνήση μεγάλοιο θεοῖο.

Σάββατα πάντα φύλασσε μετάρσια καὶ σκιοέντα.

Ὁλβις ἦν τρέεσι φέρης χάριν, ἦν ἐπέοικε.

Φεύγειν ἀνδροφόνον παλάμης ἀγῶ, ἀλλοτρίου τε.

Εὐνῆς κλεπτοσύνηντε κακόφρονα, μαρτυρεῖντε

ψευδῆ, ἀλλοτρίωντε πόθον, πινθήρα μόροιο.

Quę verba B. Cramerus *Tr. de Divis. Decal. c. 3.* hisce Latinis  
Versiculis exprimit:

*Noveris haud alium Deum, honorem unius honora.*

*Non statuas simulacra Tibi nec mortua signa;*

*Neve DEI Magni vanè utere nomine sancto.*

*Sabbatha cuncta Tibi sint mente & ritibus alma;*

*Felix es, solvas gratus si cuncta parenti;*

SAN-



*Sanguineasq; manus, alieni & fœdera lecti  
Si fugias, furtum malefanum, falsiloquamq;  
Linguam, nec cupias alienum mortis in ignem.*

Ita (3) Ambrosius (*si verus est Autor Comment. in Epist. Pauli*) in Cap. VI. Ephes. p. 354. & (4) Auctor imperfecti operis in Matthæum, vulgo Chrysoft. tributi *Hom. 49.* hanc quoq; distinctionem observant, Sic & (5) Sulpit. Severus *lib. 1. hist. Sacrae* eodē modō p. 88. *Decalogū enarrat. Non erunt, inquit, tibi Dii alieni præter me: Non facies tibi Idolū: Non sumes nomen DEI tui in vanum &c. Non concupisces quicquam proximi tui.* Quibus junguntur à Vosio *Dissert. cit. p. 361.* (6) Procopius Gazæus qui in Cap. II. Exod. scribit: *Non erunt Dii præter me. Hoc primum est præceptum, secundum sermocinante de idolis & imaginibus.* Et addit: *Ni enim in hunc modum quis leges distinguat, non poterit in ordinem certum redigere decalogum.* & (7) Zonaras *Annal. Tom. I. p. 24.* ὁ μὲν πρῶτος λόγος, ἕνα θεὸν εἶναι φησι, καὶ τῆτον μόνον σέβασθαι δεῖν. ὁ δεύτερος δὲ μηδενὸς εἰκόνα ζωῆς ποιεῖν, μηδὲ προσκυνεῖν &c. ὁ ἕνα μὴ ψευδομαρτυρεῖν. ὁ δὲ καὶ μὴδενὸς ἀλλοτρῆς ἰσχυρεῖν.

§. 19. Superioribus Autoribus ut forte autoritatum multitudine Augustini sententiam superet, accenset Vosius *l. c. §. 10.* Athanasium, Clementem, Hieron. imò & Augustin. quasi in eadem cum hâc sint sententiâ. Sed ut suprâ monstravimus, meritò de Athanasio dubitatur. Sic & de Hieronymo nihil certi dici potest. Nam etsi *Comment. in Epist. ad Ephes. VI, 2.* nonnulla habeat, quæ pro hâc sententiâ quodammodo facere videntur, quæ adduxit Cram. *tr. cit. s. 3.* multò tamen clariora verba suprâ allegavimus ex *Comment. ejus ad Os. c. X.* quæ pro prima distinctione & sententia faciunt. Ita de Clemente ipsemet fatetur Vosius, incertum esse, an hujus sit sententiæ. Nam Verba quæ *lib. VI. Stromat.* habet, adeò clara sunt pro Lutheranorum distinctione, ut ipsemet non audeat id negare, licet metuat, ne quis impostor locum hunc corruerit ob seqq. nonnulla, quæ præcedentibus videntur obstare. Similiter *de Augustino* planè certum est, illum non favisse huic sed tertiæ Lutheranorum distinctioni-

<sup>a</sup> Edit. Basil. <sup>b</sup> Edit. Lugdun. 1647.



inctioni, uti infra clarissimè monstrabimus. Ut ita quis facilè cogitare posset, Vossum emendicare voluisse suffragia Autorum licet sibi & suis non faventium. Et hæc hæctenus de *secundâ Josephi & Calvinianorum distinctione*.

§. 20. Denique *Tertia* sententia & distinctio est, quæ verba illa: *Ego sum Dominus DEUS tuus*, itidem pro proœmio habet (sive dehinc cum primo præcepto jungat, sive disjungat) & primum præceptum facit: *Non erunt Tibi Dii alieni contra faciem meam: nec facies Tibi sculptile &c.* Secundum: *Non assumes Nomen Domini DEI tui in vanum*, & sic deinceps: Ut autem numerum denarium retineat: *Nonum fecit: Non concupisces domum proximi tui: Et decimum: Non concupisces uxorem proximi tui, nec servum, nec ancillam, nec ulla, quæ proximi tui sunt.*

§. 21. Hanc tertiam distinctionem supra *Augustini & Lutheranorum* vocavimus, non quasi Augustinum Autorem ejus esse statuamus, (nam longè ante ipsum nonnullos hanc distinctionem approbasse, mox dicemus) sed quia ab ipso & post ipsum constantius hæc distinctio observata fuit. Et (1) quidem jamtum *Origenis* Temporibus nonnullos fuisse, quibus hæc distinctio placuerit, patet ex verbis ipsius *Hom. 8. in Ex.* supra §. 18. à nobis allegatis, ubi eosdem arguit, quod verba hæc: *Non erunt Tibi Dii præter me, & non facies tibi Idolum*, simul unum mandatum esse putent. Sic (2) *Augustini* ætate itidem nonnullos hujus distinctionis fautores fuisse, patet quoq; ex ipsius verbis, quando alicubi ita narrat hanc distinctionem, ut eam non sibi, sed aliis expressè adscribat. Dicit enim: *Qui verò illa tria esse dicunt, & ista septem, unum volunt esse, quicquid de uno colendo DEO præcipitur. Hæc autem extrema præcepta in duo dividunt &c.* Imprimis verò (3) *Augustinum* ipsum hujus sententiæ & distinctionis fuisse Patronum, manifestum est ex ipsius locis, quorum *B. Cramersu tr. de divis. Decal. c. 3. octo* vel, ut ipsemet vult, decem collegit *Nim. Tom. IV. lib. 2. sup. Exod. Quæst. 71. p. 63.* utrinque ponderatis sententiis, *Mibi videntur*, inquit, *congruentius accipi tria illa, & ista septem. Quoniam Trinitatem videntur illa, quæ ad DEUM pertinent, insinuare diligentius intuentibus. Et revera quod dictum est. Non erunt tibi Dii alii præter me, hoc ipsum perfectius explicatur,*

\* Edit. Lugd. 1586.



eur, cum prohibentur colenda signa &c. Et clarius in Epist. 119. ad Januar. c. XI. eandem sententiam repetit, dum legem pendere ait in duobus præceptis, quorum tria ad DEUM pertineant, cætera septem ad proximum: Et longè clarissimè Serm. 143. de Tempore b: Scitis, inquit, in Lege præcipuum commemorari Decalogum, i. e. decem præcepta legis. Quorum est unum præceptum de colendo uno DEO: secundum, ne accipias nomen Domini DEI tui in vanum: Tertium, de observatione Sabbati. Ista tria præcepta ad DEUM pertinent, reliqua septem ad homines. Pergit: Quæ sunt septem pertinentia ad hominem? Honora patrem tuum & matrem tuam, non mæchaberis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dixeris, non concupisces uxorem proximi tui, non concupisces rem proximi tui. Confer Serm. 95. de Tempore, nec non lib. 15. contra Faustum Manichæum c. IV. & Lib. III. Confess. Cap. VIII. atq; alibi. Sic in enarratione Ps. 32. Decalogum comparat Psalterio Decachordo, indeq; occasione sumtâ, librum, quò de decalogo tractat, de decem chordis inscripsit: ubi inter alia hæc habet: Ad duo præcepta i. e. ad dilectionem DEI & proximi pertinet Decalogus. Ad primum præceptum tres chordæ pertinent, quia DEUS Trinitas. Ad illorum verò præceptum, i. e. ad dilectionem proximi septem chordæ, quomodo vivatur inter homines: Nam ipse numerus septenarius tanquam septem chordarum, incipit ab honore parentum.

S. 22. Et hæc fuerunt Augustini pro tertia hæc Decalogi Divisione loca clarissima. Ut ita locus ex lib. 3. contra duas Pelagianorum Epistolas c. 4. à Vossio pro secunda divisione adductus facilè ex superioribus locis explicari possit, si scil. dicatur, Augustinum hæc verba sua: Quis enim dicat non debere observare Christianos, ut uni DEO religionis obsequio serviat, ut idolum non colatur, conjunctim intellexisse, aut saltim posteriora pro explicatione priorum habuisse.

S. 23. Sic circa & post Augustinum distinctionem hanc supremum in Ecclesia obtinuisse locum, communis ferè est sententia, Vossio aliisque Calvinianis non admodum etiam refragantibus. Sic Scriptor Commentariorum in Psalmos, qui Hieronymo

<sup>a</sup> Quæ extat Tom. II. Operum ipsius p. 216. Col. 2. <sup>b</sup> Tom. X. p. 326. Col. 1.  
<sup>c</sup> Tom. VI p. 126. <sup>d</sup> Tom. VIII p. 82.



nymo tribuuntur in Ps. 32. Et Scriptor Commentariorum in libb. Regum aliàs Eucherio tributorum lib. 3. c. 24. eandem planè probant & agnoscunt sententiã. Similiter Venerabilis Beda in *Expos. ad Exod. c. XX.* idem statuit, quando scribit: *Post tria Præcepta septenarius succedit numerus, pertinens ad amorem proximi, & incipit ab amore parentum, quod in ordine est quartum &c.* Eandem sententiam in Præfat. Psalterii repetit, & in Epist. ad Ephes. c. VI. ad librum Augustini de Decem chordis alludens, *ad primum Christi præceptum tres chordas, ad alterum septem, quarum prima ab honore Parentum incipiat, pertinere docet.* Quæ adhuc prolixius proponit in Epist. ad Romanos, quando ait: *Decalogus Legis decem præcepta habet, quæ sic sunt distributa, ut tria pertineant ad DEUM, septem pertineant ad hominem: Tangis primam chordam, quâ unus colitur DEUS: Tangis secundam, quâ non accipitur nomen DEI in vanum &c. Tangis nonam, non concupisces uxorem: Tangis decimam, non concupisces rem proximi.*

§. 24. Huic quoque sententiæ additi sunt tùm Bernhardus *Serm. 4. super Salve Regina*, tùm Petrus Lombardus *lib. 3. dist. 37.* quem postea Scholastici, Nicol. de Lira aliique Glossatores communiter sunt secuti. His omnibus tandem subjungendus est Job. Gerson scriptor judiciosissimus, Doctorque sui seculi maximè illustris, qui *tr. 2. de decem præceptis* variam dicit poni præceptorum distinctionem quoad tabulas legis, adducto Josepho & Augustino, & tandem addit, quod communis tamen opinio sequatur modum Augustini, eumque in Opusculo tripartito de Præceptis Decalogi seqq. versibus proponit:

*Unum crede DEUM, nec jures vana per ipsum,*

*Sabbatha sanctifices, & venerare Patres.*

*Non sis occisor, fur, mæchus, testis iniquus,*

*Viciniq; thorum, resq; caveto suas.*

Alia tùm hujus, tùm aliorum plurima loca ut addamus, prohibet chartæ angustia, nostriq; propositi ratio. Interea ex hisce constat, quomodo hæc Augustini sententia communiter post ipsum obtinuerit, atque ad B. Lutheri & nostra usque tempora propagata fuerit, quam & hodiernum omnes *synodus Lutherani* fovent & defendunt, nosq;



nosq; *Secl. II.* itidem monstrabimus, quàm solidè illa ex ipsa  
 distinctionis caractere defendi possit. Cæterum plura loca ex an-  
 tiquitate qui desiderat, adeat B. Cram. *tract. de divis. Decal. Cap. III.*  
 qui bonâ fide, ut ipsemet de se testatur, ex scriptis veterum histo-  
 ricè retulit, quas singuli partes in distinguendo fuerint secuti; nec  
 non Ger. Joh. Vosium in *Theol. Diss. XXIV* qui pleraque Ve-  
 terum loca ex B. Cramero repetit, paucis novis adjectis, unde & nos  
 non nulla hîc mutuo sumimus, locis denud fideliter collatis, quo-  
 rum quidem Autores hîc obtineri poterant.

S. 25. Tandem, ut promisissis stemus, *Appendicis quoq;* locò  
 subjungimus hîc novam eamq; *Christianis in Armeniâ viventibus usi-  
 tatam Decalogi divisionem*, uti exhibetur in libello Armenicò,  
 cujus Tit. *Doctrina Christiana Armenicè descripta & in Lingu. Latin.*  
 translata à M. Theod. Petræo, edit. Amstel. 1667. in 8. Proponitur au-  
 tem illa *Cap. IV. p. 35. per Quæst. & Respons* hunc in modû. *Quot sunt  
 Legis verba, quæ DEUS dedit? vel per quem dedit illa DEUS?* De-  
 cem sunt verba Legis DEI, & per Mosen dedit in Monte Sina.  
*Dic nunc singulatim, ut sciam?* Primû est: Ego sum Dominus DEUS  
 tuus, & ne sit tibi alius Deus præter me, neque ponas (seu assumes)  
 nomen DEI tui super vana. Secundum: Ne facias tibi idolum  
 juxta omnem similitudinem, in cœlo sursum, & in terra deorsum.  
 Tertium: Memento sanctificare diem Sabbathi. Quartum: Ho-  
 nora Patrem tuum, & matrem tuam. Quintum: Non occides. Sex-  
 tum: Ne mœcheris. Septimum: Ne fureris. Octavum: Ne fal-  
 sum testeris de proximo tuo. Nonum: Ne perjures in nomine DEI  
 tui. Decimum: Ne concupisces uxorem proximi tui, neque do-  
 mum ejus, neque omnia, quæ illius sunt. Hisce subjungitur ibidem  
 explicatio, quam ob libelli raritatem Lectori fortè non ingratham  
 fore speramus, si hîc simul exhibeamus. Dicitur itaque ibid. p. 37.  
 ulterius; *Explica mihi hæc nunc sec. ordinem?* *Primum* præceptum,  
 docet nos cognoscere DEUM, qui est noster conditor, & præter il-  
 lum alios non cognoscere; quoniam est contra Deum creatorem.  
*Secundum* docet nos non facere Idola, sculptilia juxta omnem simi-  
 litudinem, sive in cœlo secundùm formam stellarum, sive in terrâ

*per quem dedit illa DEUS?*  
*ih. h. de gente v. 1.*





secundum omnem formam & similitudinem: quia est idololatria. *Tertium* docet nos diem Dominicum venerari, vacando solum operibus divinis & spiritualibus: abstinere à corporali opere, neque juxta alios dies operari, sed diem hunc Domino consecrare. *Quartum* docet nos honorare Parentes perfectè, & juxta omnem modum magnificare: neque coangustare illos, ne quidem ullis in rebus. Quapropter qui affligunt genitores suos, morte comminantur. *Quintum* docet non esse manibus magnis contra Proximum iniquitate: quia homo non est princeps mortis & vitæ, sed DEUS quæ est conditor; idè & potestatem habet mortis. *Sextum* docet non adulterare, hoc est, cum quâ aliquis non est matrimonio junctus Sacramento Ecclesiæ, abstinere inde, ne corrumpatur Sacramentum Ecclesiæ. *Sepimum* docet non rapere quicquam proximi, sive manifestò sive secretò, ut ne debitor fiat illi in die Judicii. *Octavum* docet non testari illud, cujus quis est inscius: quoniam est falsum Testimonium; nam quicquid non est factum, mendacium est. Qui testatur falsum, de nihilo testatur: quapropter sub condemnatione est. *Nonum* docet non perjurare: hoc & Dominus noster JESUS CHRISTUS prohibuit, dicendo: Omnino non jurate. Quia ab hoc quoque multa damna promanant, & doli mutui. *Decimum* docet nos existimare, nostrum nobis sufficere, neque conicere oculos in possessiones proximi, illasque ipsi eripere: Id quod est propriè defraudatio.

Et hæc hæctenus de Variis Divisionibus Decalogi.

## SECTIO II.

*Exhibens verum usum duplicis Accentuationis in genuina divisione Decalogi cum probatis suis hypothesis.*

§. I. Absolutâ sic Sect. I. atque recensitis in eâ variis variorum divisionibus Decalogi, ordo nunc postularet, ut monstrarem incommoda, quibus prima & secunda sententiæ & divisiones laborant. Sed cum illa partim ex se pateant, imprimis quoad primam divisionem, (cei quæ saniores Judæi nonnulli ipsimet agnoscunt



scunt, e. g. *Abarbenel in Legem, fol. 172. col. 3. & R. Chasdai in* <sup>11</sup> 718  
*ap. Buxt. Diss. de Decal. §. 69*); partim ea tam quoad primam, quam  
 quoad secundam divisionem à nostratibus Theologis per Argumen-  
 ta Theologica dudum sint monstrata; partim etiam majus incom-  
 modum iis accidere non possit, quam si monstratur, illas divisiones  
 ita comparatas esse, ut pugnent cum ipsò Spiritus S. Charactere di-  
 stinctivo: hinc meritò illis hâc vice superledemus, eaque Dnn.  
 Theologorum excussoni relinquimus, progressuri potiùs ad eâ,  
 quæ hac vice nobis ex instituto sunt proposita.

§. 2. Antequam verò hoc opus aggredi, atque usum verum  
*duplicis nostræ Accentuationis in genuina divisione Decalogi* mon-  
 strare possimus, facile prævidemus, *tria* potissimum nobis vel  
 supponenda vel probanda esse, nim: Puncta Accentuum in  
 genere in S. Textu Hebr. præstare usum distinctivum & Coniuncti-  
 vum & quidem ex intentione Spiritus S. Quod cum aliter probari  
 nequeat, nisi probetur, Puncta esse *θεόπνευστα*, proinde hoc quo-  
 que probandum erit & demonstrandum. Cum autem quis id ite-  
 rum negare posset ex eò, quod illa literatura, in quâ olim Scriptu-  
 ra V. T. fuit concepta & à Spiritu S. inspirata, non fuerit hodierna  
 Hebræa, sed Samaritana literatura, quæ omnibus punctis & Vo-  
 calium & Accentuum careat, proinde hoc quoque vel supponen-  
 dum vel probandum erit. Ast hæc omnia ex suis genuinis princi-  
 piis deducere & demonstrare, non unius disputationis est paucarum  
 pagellarum modulò circumscriptæ, sed integrorum voluminum.  
 Quare vix possumus aliter, quam ut *tria* hæc instar Mathematico-  
 rum postulorum in suis demonstrationibus supponamus, ceu quæ  
 ab aliis e. gr. Cl. *Buxt. & Dn. D. Wasmutho* in suis scriptis accura-  
 tissimè & fusissimè demonstrata fuere. Interea tamen ut Home-  
 rum, quod dicitur, in nuce exhibeamus, *Tria* hæc, quâ fieri poterit  
 brevitate demonstrabimus, indicaturi saltim summa Argumentorum  
 nostrorum Capita. Incedemus autem ordine retrogradò atque de-  
 monstrabimus

(1) Literaturam hodiernam Hebræam S. Textui V. T. esse pri-  
 migeniam & ab ipso Deo in exarandis Tabulis Legis adhibitam.

¶ 3

(2) Textus





(2) Textum hunc Hebræum non demùm à Tiberiensibus, sed primitus fuisse punctis instructum, adeoque puncta Vocalium & Accentuum esse θεόπνευστα.

(3) Hæc puncta, & in præsens Accentuum quidẽ habere Usum distinctivum & conjunctivum in distinguendis & conjungendis Vocum & sententiarum spatiis & quidem ex intentione ipsius Spiritus Sancti.

Hinc demum (4) monstrari poterit, Accentuationem duplicem, geminum quoque habere usum, alterum nim. in distinguendis præceptis; alterum in distinguendis Versibus.

§. 3. Primã itaque hypothese nostrã quod attinet, scil. *Litteraturam hodiernam Hebræam esse Textui S. primigeniam, seu esse eandem, quam olim Deus in exarandis Tabulis Legis Mosi in Monte Sinai traditis, adhibuit; minimè autem ab Esdra demum post Captivitatem Babylon. vel ab Assyriis mutuam, & Judæis usurpandã traditam, vel de novò confictam & inventam esse, cum antea originalis fuerit Samaritana*, probamus (1) *Autoritate antiquissimorum Talmudistarum, Cabbalistarum, & reliquorum Judæorum omnium (excepto unicò Josepho Albo, qui tamen suis propterea admodum niger est, & fortè Eliã Levitã) e. g. Aben Esræ, R. Salomonis, Rabbam, R. Obad. de Bartenora, R. Ephodei, Abr. de Balmis aliorumque plurimorum, quorum loca vid. ap. Cl. Buxt. dissert. de litt. Hebr. Antiquitate à pag. 171. ad 185.*

(1) *Autoritate Christianorum Philologorum & in Studio Hebraico versatissimorum, quos vid. plur. apud Buxt. l. c. p. 185. ad 188. nec non ap. Dn. D. Walm. Vindic. Part. I. p. 36, 37, 38. Ex quibus audire juvat verba Pici Comitis de Mirandula, qui in Epist. ad ignotũ, quæ, Quisquis es, incipit, scribit: Et ut ad eam veniam, quæ de Chaldeorum Hebræorumq; literis desideras, percundatus ego sum sæpè in Mitridatem (Præceptor erat Pici, Judæus) & multos Hebræos de his, quæ ap. Hieronymum in Galeato Prologo leguntur, ubi ille scribit: Eisdem fuisse olim Samaritanorum & Hebræorum Characteres: Esdræ autem post instaurationem Templi, sub Zorobabel alias invenisse literas, quæ nunc sunt in usu; nescios se hujus mutationis omnes prædicant, & (quod est majus) pro comperto habent,*  
iis



iisdem, quibus nunc utimur in Hebraicâ literaturâ, apicibus usos esse Mosén, & Patriarchas antiquos omnes. Cujus sententia, ut nunc mihi subvenit, fidem maximam facit sententia Cabalæ, cujus scriptores, qui cum Esdra in Synodo fuerunt, sub ipsis literarum characteribus & figuris, quibus nunc legem descriptam habemus, dissimulasse Mosén divina Mystéria, & volunt & probant. Quod esse nullo modo posset, si aliis Mosés ab his, quibus nunc utimur, characteribus usus fuisset &c.

(3) Testimoniis & inscriptionibus vetustissimorum siclorum & monumentorum literaturâ quadratâ signatorum, quale monumentum testatur se vidisse R. Benjamin Tudelensis in Itinerario suo, scil. hoc: **וְהָיָה קִבְרֵ אַבְרָהָם אֲבִינוּ עֵינֵינוּ** hoc est sepulchrum Abrahami Patris nostri, p. m. & R. Moses Schem tof in libro **מַרְפֵּי לֶשֶׁן**, cælum & terram testatur se vidisse monumentum Ducis Amazie Regis Jebudæ literis hodiernis Hebraicis insignitum, cujus verba hæc fuerint: **שְׂאוּ קִנְיָהּ: בְּקוֹל מְרָה: לְשֵׁר גְּרוֹל: לְקַחוּ יָהּ** Edite lamentum: voce amarâ: Duci magno: erepto à Deo. Reliqua autem se legere non potuisse, nisi finem versûs secundi, qui fuit, **לְאַמְצִיָּה** Amazie, fatetur idem ap. Buxt. l. c. p. 189.

(4) Ratione petita à literis finalibus, quæ in Hebræâ tantum, non autem in Samaritanâ literaturâ dantur, imprimis verò ex literâ **ס** aliàs finali, sed tamen in mediò vocis **לְמַרְבָּה** Es. 9, 7. omnibusq; ferè interpretibus ob singulare mysterium sic positâ, quod esse non potuisset, nisi illi Interpretes omnes credidissent, illud **ס** ab ipso Prophetâ ob tale mysterium positum fuisse. Conf. Buxt. l. c. p. 191. 192. Alias plures rationes, quas Buxt. l. c. p. 193. 194. 195. producit, quasque Dn. D. Wasm. ab Adversariorum Exceptionibus vindicat *Vindic. part. I. p. 34. ad p. 78.* hac vice ut omittamus.

(5) Probam⁹ solidissimè thesin nostram ex Nominū Alphabethi primâ impositione, quæ in solâ hodiernâ Hebræâ (**מַרְבָּה** seu quadratâ) literaturâ suæ & figuræ & potestatis significativa est: scil. post **א** Aleph Ducem quasi literarum (ab **אֵלֶף**), litera **ב** Beth domum: **ג** Gimmel Camelum, **ד** Daleth ostium & **ו** Vau uncinum nomine & figurâ representant: Ex quâ literâ **ו** R. Schimeon & R. Eleasar ap. Buxt. diff. cit. §. 14.



cit. S. 14. p. m. 172. 173. pro nostra hypothefi & fententia fic argu-  
 mentantur: כִּתְבֵהֶם נִשְׁתַּנָּה לֹא כָל עֵינֵקֶר שְׁנֵי וַיִּהְיֶה הָעֵמֻדִים:  
*Scriptura hac nunquam planè mutata est, secundùm quod dicitur*  
 (Exod. 27, 10.) *Vave sive uncini columnarum;* & in Talm. Hiero-  
 fol. Megill. cap. 1. idem ferè his confirmatur verbis: כִּתְבֵהֶם אֲשֶׁר־  
 נִתְּנָה תּוֹרָה מִהַ מַּעֲמָה וַיִּהְיֶה הָעֵמֻדִים וַיִּהְיֶה שֵׁל תּוֹרָה  
 הַזֶּה לְעֵמֻדִים: *Quod in Scriptura Asschuri* (h. e. hodierna no-  
 stra Hebr.) *data sit lex, quanam est ejus rei ratio?* (scil. id quod  
 dicitur) Exod. 27, 10. *Vau Columnarum. Hinc enim concludi-*  
*mus, Vav in lege similes fuisse uncinis.* Sic וֹ Sajin *clavam capita-*  
*tam, ך volam manûs, ם Ajin oculum vel oculos, ן Schin dentem &c.*  
 notant non solùm, sed & repræsentant. Talis autem rei in aliis lin-  
 guis nec vola nec vestigium reperitur, cum in iis literæ minimè  
 sint significativæ, nisi quæ ad primam Originem Hebr. se referunt;  
 Et hoc argumentum profectò tanti roboris est, ut ipse Bellarmi-  
 nus aliàs nobis hîc planè adversarius, incautus licet in hanc sen-  
 tentiam nostram incidat, dum in Grammatica sua Hebr. p. m. 6. 7.  
 rationem redditurus nominum characteribus Hebraicis imposito-  
 rum monstrat *illas literas omnes esse merè significativas, adeoque*  
*antiquissimas, ita ut ex iis veluti fontibus quibusdam derivata sint*  
*nomina literarum in aliis etiam linguis, v. g. Cur Græci literas suas*  
*vocent Alpha, Beta, Gamma, Delta &c.* Quin imò pro hac sen-  
 tentia allegat ibid. Josephum, Eupoleum apud Clementem Ale-  
 xandrinum, Augustinum, ac præcipuè Eusebium.

(6) Denique probamus nostram hypothefin ex eo, quia  
 Pentateuchus Samaritanus ex Codice Hebræo tanquam ex prototy-  
 po caractere transumptus, utque Ectypus Archetypi plurimis in  
 locis vitiosus comparet. e. g. Gen. c. 7, 19. ubi omnes montes  
 הַגְּבָהִים *alti, diluviò operti* dicuntur; Samaritanus codex ex con-  
 fusione ה & ן adeoq; ex ἀλεψία *inter describendum* eos הַגְּבָהִים  
*Calvos* facit. Sic ex Confusione ו & ן Ex. 22, 11. ubi in Hebr. est  
 וְשָׁלַם *retribuatur*, Samaritanus habet וְשָׁלַם: Pariter ex Confus. ך & ך  
 Gen. 49, 10 ex וְלִלְךָ *facit perperam* וְלִלְךָ *ut ut Nobiliss. & πολυγλώτ-*  
 τος *aliàs Jobus Ludolphus h. l. Textum Samaritanum defendat in*  
 Dissert.



Dissert. de Duce Judæorum sublatô ex Vatican. Jacobi, Gen. 49. ipsi tamen se opponente Doctis: *Wagenseiliô* peculiari contra ipsum tractatu. Et talia exempla plurima collegerunt hocque argumentum prolixissimè deduxerunt cum Cl. Hottingerus *Exercitat. Anti-Morinianis de Pentateucho Samaritano ejusq; Udentica àbvertiq; S. 40. seqq.* & Dn. D. Wasm. *Part. I. p. 97. ad 105.*

§. 4. Et licet nuper ausus sit novissimè adhuc Dn. *Busmannus* Prof. Helmstad. periculosam illam sententiam *de Samaritanâ quasi primigeniâ S. Codicis literaturâ, hodiernâ autem Merûbba quasi novitiâ vel ab Esdrâ substitutâ*, peculiari dissertatione postliminè in scenam revocare, contra tot evictissimas pridem rationes, & probatorum Philologorum communem hodiè consensum; adèd tamen nihil novi attulit scriptor ille, quod non pridem fuerit exalcatisimum, ut ita non opus habeamus, hisce immorari.

§. 5. Probata sic in præcedentibus, quantum quid. hujus Disputationis cancelli permittebant, hypothese nostrâ primâ, probanda nunc quoque est Secunda nostra hypothesis scil. *Puncta Vocalium & Accentuum S. Textui Hebræo non esse noviter à Masorethis Tiberiensibus addita, sed ab ipso Spiritu S. profecta adeoque & θεόπνευστα*, (sive illa ab iplo Adamo, sive à Mose & Scriptoribus S. sive demum ab Esdrâ originem traxerint). Inpræsens enim nobis sufficit, modò obtineamus, ea non esse novum inventum Masoreth. Tiber. sed habere originem divinam. *Nec enim perinde est, Verba sunt Celebrissimi Dn. D. Scherzeri in LL. Theol. MSC. Loc. I §12. ad infallibilitatem, divinitatem & integritatem S. Codicis, utram sententiam approbemus: Si enim non sunt divina puncta, sed longò post Christum tempore à Judæis addita, quis divinâ fide de verò sensu certus esse poterit?*

§. 6. In quâ quidem Thesi duo probanda erunt scil. (1) Puncta illa Vocaliû & Accentuum non demum à Masorethis Tiberiensibus esse inventa & S. Textui Hebræo noviter addita (2) Puncta illa à Spiritu S. esse profecta, adeoq; θεόπνευστα. Prius probamus firmisimò hoc Argumentò:

(α) *Si in antiquissimis Hebræorum Doctorum scriptis multò antiquior*

D

tior



tiquior Tiberiensibus extat punctorum Vocalium & Accentuum Textui S. additorum memoria, sequitur quod hæc non demum à Tiberiensibus sint inventa, aut Textui S. addita: Verum est Antecedens, E & Conseq. Antecedens probatur, quia in libro Bahir, Zohar & תקונים sive Elucidationibus super librum Zohar, (qui ex communi Judæorum sententia ferè quingentis annis anteverrunt Tiberiensium tempora, ut videre est ap. Buxt. Tiber. p. m. 18. in fol. & Biblioth. Rabb. p. 319. itemq; Tract. de Punctorum antiquit. p. 68.) nec non in libris Talmudicis Punctorum Vocalium & Accentuum expressa fit mentio scil. in libro הבהיר teste R. Bechai Comment. ad Gen. 18, 3 scribitur: **וּמַטְעִים זֶה נִמְשְׁלוּ הָאוֹתוֹת לְגוֹף וְהַנְּקוּדָה**

דגוּר

**לְנִשְׁמָה וְנוֹ /** Ex hac ratione assimilantur literæ Corpori, & puncta animæ. Puncta enim movent literas, sicut anima movet corpus, juxta id, quod commentantur Rabbini nostre bonæ memoriæ, in libro Bahir: **דְּמִין נְקוּדָתָא בְּאוֹתוֹתָא דְּאוֹרֵיתָא דְּמִשְׁרָה כְּנִשְׁמָתָא דְּחַיִּי** Talia sunt puncta cum Literis Legis Mosis, qualis est anima vitæ in Corpore humano. Et in libro Zohar Comm. super Cant. cant. **נְקוּדָה וְטַעַם וְתוֹנְעֵי קְבִלָה לְמִשְׁרָה מְסִינֵי** Puncta & Accentuum & Vocalium sunt doctrina Mosis ex monte Sinai. Et paulo post: **וְאַתָּן טַעַם כְּמִתְנָה לְסוּסֵיהָ לְמַהֲךָ בְּאוֹרָה מִיֶּשֶׁר** Sunt accentus ut frenum equo ad eundum in via recta ad dextram vel sinistram. Sic in Talmud. lib. Berach. fol. 62. legitur: **מִפְּנֵי מָה אֵין מְקַנְחִין בְּיַמִּין אֵלָא בְּשְׂמָאל רַב נַחֲמָן** Quare non abstergunt sordes manu dextrâ, sed sinistrâ? Raf Nabman filius Isaac dixit, propterea quod videre facit (monstrat) eâ accentus Legis. Hæc & similia loca plurima vid. ap. Cl. Buxt. Tiber. p. 18, 19. fol.

S. 7. Præterea (β) probamus hoc prius Membrum sequi. Argumento: Quicumque (1) punctationem & Accentuationem velut jam suppositam sub censuram revocarunt, (2) Judicium de illa per Notas Masorethicas incredibili cum Religione tulerunt. (3) Vel centies exemplaria propter unius vel alterius loci dubiam punctationem & Accentuationem contulerunt &c. illi non tùm demum puncta vocalium & Accentuum excogitarunt, sed jam antè à Divinis Scripto-  
ribus



ribus addita & in quibusdam MSCtis corrupta, examinarunt & emendarunt. Atqui Masorethæ Tiberienses id fecerunt (saltem ex hypothesi Adversariorum) E. Masorethæ Tiberienses puncta & Accentus non excogitarunt, sed jam ante à divinis Scriptoribus addita & in quibusdam MSCtis corrupta examinarunt & emendarunt. Majorem nulla opus habere probatione, confidimus. Minorem autem probat universa ferè Tiberias Buxtorfii, imprimis verò totum ejus Caput IX à p. 12. ad 18. in fol. undè paucissima saltem in gustum dabimus pro probanda hâc nostrâ Minori. scil. Exod. 32, 6. scribitur  $\text{קָנַסְׁ}?$  ad ludendum. Ubi Masora: Non reperitur amplius cum Sagol & accentu. Hic meritò quærat quis, cur non juxta communem formam Infinitivi in Pihel sic scripserint Masorethæ, siquidem fuerint horum punctorum Autores? quare absque omni causa — cum Accentu relicto? Scil. quia hi non fuere Autores, sed sic videntes in Exemplaribus punctatum, & ita scriptum, adjecerunt ei expressam notam, ne quis erroneum putaret. Sic Job. 19, 7. scriptum est:  $\text{קָנַסְׁ}$  exaudiat. Masora; Non reperitur amplius cum Sagol, Kamez & Sagol. Ast si Masorethæ hi Tiberienses, (qui tamen finguntur hujus punctationis autores) veri fuerint autores, cur adeò irregulariter punctarunt? annon facilius fuisset regulariter punctasse  $\text{קָנַסְׁ}$ , quàm talem notam apposuisse? nempe quia Masorethæ sic in punctatis libris invenerunt, idè ei Notam hanc quoque adjecerunt. Similiter Gen. 21, 8. ad  $\text{קָנַסְׁ}$  notarunt: Est unum ex duodecim Patachatis cum Athnachta in Genesi: & vers. 13. ad  $\text{קָנַסְׁ}$  notant: Est unum ex undecim Patachatis juxta Soph Pasuk in libro Geneseos. Ita Ex. 26, 5. Masorethæ notant, cum Accentu Sakeph, Athnach & Soph Pasuk semper legi  $\text{קָנַסְׁ}$  exceptis duobus, quæ sint cum Patach:  $\text{קָנַסְׁ}$  scil. 1. Reg. 7, 38. & 1. Paral. 27, 1. Si itaq; iidem punctationis & Masoræ fuerunt Autores, quæ causa fuit, ut ista invariata reliquerint? quare non potius regulariter punctarunt; sed tam laboriosam Masoram addiderunt? Certè, ut bene ait Buxtorfius: quia Masorethæ hæc contra communem usum esse animadvertabant, idcirco notarunt, ne quisquam occasionem sumeret ista corrigendi.



§. 8. Quod si itaq; hi Masorethæ non fuerunt simul Autores punctorum, uti satis probatum est, fuerunt utique diversi Autores: Atque hi vixerunt vel eodem cum Masorethis tempore, vel diverso. Non eodem: Aliàs tantarum anomaliarum & insolentium punctationum rationem procul dubio ab iis inquisivissent, eaque posteritati unà cum illis annotationibus tradidissent. Si diverso & ante ipsos tempore vixerunt Autores Punctorum, vel brevè vel diu ante ipsos vixerunt. Non brevè ante: quia Masorethis vocantur *אנשי* *primi, prisca, antiqui*. Si igitur diu ante, quinam quæso fuerint alii, quàm minimùm *Esras & Viri Synagogæ M.* qui utique fuerunt Viri *θεόπνευστοι*. Et sic habemus, quod volumus: scil. Puncta Vocalium & Accentuum esse à Viris *θεόπνευστοις* adeoque & ipsa esse *θεόπνευστα*.

§. 9. Alterum igitur Membrum superioris nostri Argumenti probandum, erat: *Puncta esse θεόπνευστα*, id quod h. m. probatum damus: *Si puncta non sunt à Spiritu S. & θεόπνευστα, precipuam Script. S. non erit θεόπνευστον. Consequens est absurdum. E. & Antecedens. Nexus majoris patet: quia puncta sunt instar animæ, Litteræ instar Corporis in Scriptura. Imò sequeretur hoc absurdum, non posse haberi sensum certum & determinatum Script. S. θεόπνευστον.*

Probo: *Quia Textus Hebr. sine punctis Vocalium & Accentuum adeò dubius & incertus est, ut vix inveniamus, ubi tuò pedem figere possimus. Exemplis id demonstratū vid. ap. Dn. Wasm. Vind. p. 141 - 150. Alias rationes tum ab Autoritate antiquissimorū Judæorū, qui omnes Vocaliū & Accentuū originem ex monte Sinai deducunt, tum à testimoniis Talmudistarū petitas, ut prætermittamus, remittimus B. L. ad Clariss. Buxt. tract. ampliss. de Punctorū Antiquitate & Origine, tum ad Dn. D. Wasm. Vind. part. I. & II. qui Daūm viri ex professo hanc materiam pertractarunt, omnibusque Adversariorum Argumentis, qui quidem hætenus adducti fuere, ex assè satisfecerunt.*

§. 9. Quare nihil curamus illum *Koblbässum*, qui nuper suas vulpeculas vineam Domini vastantes, nisi *Lepores* potius suos his sanctis Scripturæ Originariis plantis & oleribus, quin his quoque arrodendis adhuc & conspurcandis, turpiter illam humanæ Originis



nis Punctorum Hebr. tam falsam, quam profligatissimam hypothesin immisit, imprimis cum publicè jamtùm huic perversitati obviam iverint suis inhibitionibus illi, sub quorum est potestate ille destructor S. Veritatis Hebrææ, Kohlhäsius Coburg. Ut ita nos illas larvas pridem detectas, & inter extrema deliria dudum plorare jussas, denuò suscitare non opus habeamus.

§. 11. Eviçtâ sic, ut speramus secundâ hâc nostrâ hypothesi, pergimus quoque ad tertiam, demonstraturi, *Puncta Accentuum præstare usum in conjungendis & distinguendis vocum & sententiarum spatiis & quidem ex intentione Spiritus S.* Id quod probabimus (1) hoc Argumento: *Si puncta Accentuum V. T. sunt ab ipso Spiritu S. profecta, adeoq; θεόπνευστα, sequitur quod præstent usum in conjungendis & distinguendis vocum & sententiarum spatiis & quidem ex intentione Spiritus S. Atqui verum est prius E. & posterius. Prius probatum fuit in præcedentibus sub hypothesi secundâ. Nexum autem Majoris probamus ex eo, Quia Deus & natura nihil faciunt frustra. Ergo puncta illa Accentuum non erunt frustra posita, sed aliquem saltem habebunt usum. At verò alius iis assignari, imò excogitari vix potest, quàm distinguendi & conjungendi. E. (Nam quæ de Spuriò illò cantillandi usu à nonnullis afferri solent, dudum à sanioribus sunt explosa, & ad Asinam Bileami quæ sec. hanc hypothesin etiam cantillasset à Dn. D. Wasm. ablegata.*

§. 12. (2) Probamus hunc à Spiritu S. intentum Accentuum in conjungendis & distinguendis vocum & sententiarum spatiis usum *evidentissima demonstratione à priori* totius Accentuationis, quâ ubique ex certissimis Regulis verba Syntacticè constructa vel non constructa Syntacticè, nec non sensus magis vel minus cohærentes, adeoque Logicè sibi invicem subordinatos & proportionatos, adeò accuratè, adeò perfectè per Accentus præsentare possumus, ut collatis dehinc Codicibus, iidem planè appareant Accentus, qui in iis à nobis antea non inspectis extant & primitus extiterunt, quod planè ἀδύνατον esset, nisi accentibus uniformis hæc & perpetua Lex esset *distinguendi & conjungendi*. Id quod facilè intelligunt, qui Nobilissimam hanc, & divinam certè doctrinam Accentuum intelligunt.



(Nam quod semel monuisse sufficiat ex dicto Arabum: *Non capit hæc nisi intelligens*.) Et licet interdum ingenium humanum minus perspicax, ubique à priori & ante inspectionem accentuum profundissimam subinde Spiritus S. mentem & Emphases, seu frequentia ipsius NB. non penetret, adeoque proportionem Spiritus S. à priori non assequatur, & per consequens à verò Accentuum positu interdum aberret; id tamen non tam arti, quam artificii adscribendum est; Quinimò ex eò ipsò magis adhuc confirmatur doctrina hæc Accentuatoria ejusque certitudo, quod, nisi sensus à Spiritu S. intentus à nobis penetraretur, statim à veris in Textu S. positis Accentibus abjudamus; simul ac autem nobis verus sensus Spiritus S. indicetur, licet non indicatis Accentibus, possumus quàm felicissimè errorem nostrum in Accentuum positu emendare, eosque ad eum planè modum, quò in S. Textu habentur, exhibere, Id quod experimento jam commissum volumus.

§. 13. (3) Probamus nostram hypothesein *de Ufu Accent. Conjunct. & distinct. ex harmonicò illò & æquabili Accentuum tenore* quò semper & ubiq; in recurrente eòdem aut simili vocum positu & sensu, iidem etiã aut similes recurrunt Accentus, sed unã vel alterã voce mutatã, statim quoq; NB. in tantum mutantur Accentus, uti vel millena & plura Exempla id probant in singulis ferè paginis Institutionum Accentuat. Wasmuth. aut Ledebuhrii Catena aurea occurrentia, Confer interea Num. Cap. I, à vers. 6. usq; 16. & à vers. 20 usq; 44. nec non totum ferè Cap. 7. Num. Ita notatu dignissima sunt exempla diversæ quidem Prosaicorum & metricorum Accentuum consecutionis, sed tamen paris utrinque distinctarum & conjunctarum sententiarum conditionis, qualia occurrunt in Ps. 18. 101. collatò cum 2 Sam. Cap. 22. & Ps. 105, 3. cum 1 Chron. 16, 11, &c. nec non in Decalogo infra ex Exod. & Deuter. à nobis exhibitò.

§. 14. Et ut alia Argumenta, quæ pro hoc Accentuũ usu distinct. & conjunct. facere possent, omittamus, provocamus tandem (4) ad omnes hujus doctrine peritos certissimè persuasi, nullum fore, qui, si quodammodo hæc sacra degustaverit, calculum suum non ultrò pro nostra hypothese additurus sit. Et certè nonnulli tam ex Judæis quàm Christianis hic nobis sunt *ὁμώψηφοι*, quorum tamen loca hic cumu



cumulare nolentes sequentia saltim duo aut tria addemus: scil.  
 R. Calonymus initiò tract. de Accentibus: *Accentus*, inquit, sunt ne-  
 cessarii ad intelligentiam scriptorum lectoribus, ac si loquerentur fa-  
 cie ad faciem. Nam cum intentio in idiomate sit ad faciendum in-  
 gredi id, quod est in animâ loquentis in animam audientis: & hæc  
 intentio non perficitur, nisi facie ad faciem: Cum autem loquens non  
 fuerit in presentia audientis, & notificaverit intentum suum cum  
 scriptura, tunc accentus positi in scriptura adjuvant ad intelligendum  
 intentum: כי הם מורים מקום התחלת הדבור והמשכתו  
 והפסקתו ויתר הדברים המצטרפים לו • ולכן אמר החכם אבן  
 עזרא כל פירוש שאינו על דרך הטעמים לא תאברה לו ולא  
 תשמע אליו • כי בעל הטעמים ידע הפירוש יותר ממנו  
 Nam illi indicant locum principii loquela & subsequentiam & pau-  
 sam ejus & cetera verborum necessaria: Propterea dixit sapiens  
 ille Aben Esra: Omnis expositio quæ non est secundum Accentus, non  
 acquiescas ei, nec audias ad eam. Nam autor Accentuum scivit ex-  
 positionem melius, quàm nos. &c. Et circa finem hujus tracta-  
 tus idem R. Calonymus: Deus propter miserationes inquit, & Be-  
 nignitates suas acceleret redemptionem nostram & vivificet nos, &  
 det nobis cor amplum, ad sciendum secreta literarum Sacrae scripturae  
 & punctorum & Accentuum earum: כי מי שבינם כהוגן לא  
 יצטרך לפירוש אחר וזה איננו בנו ונננו עד בא גואלנו אשר  
 בעגלא ובזמן קריב יבא אמן: Nam qui ea ut decet, intelligeret,  
 non indigeret aliâ expositione: Sed hoc caremus & absconditum est  
 usque ad redemptionem nostram, quæ celeris sit, Amen. Ita Clariss.  
 Buxt. P. in Thef. Gram. l. 3. c. 23. scribit, Accentus esse optimum &  
 necessariû adminiculum percipiendo sensui, quorum in sermone divino  
 accuratissima ratio haberi debeat. Sic & Cl. Buxt. F. in Antic. part 2.  
 c. 13. Quoad rationem Accentuum ait, nullum dubium est, quin  
 insignis & maximus sit eorum usus: sed & illud Hebræi fatentur &  
 acerbè deplorant, magnam partem notitiæ illius periisse, & in obli-  
 vionem venisse &c. Et hæc sufficiant nobis pro probanda hac tertia  
 quoque hypothesi.





§. 15. His omnibus sic demonstratis & expositis ultrò videtur nunc sequi, quod quemadmodum simplex Accentuatio simplicem; ita duplex Decalogi Accentuatio duplicem præstet usum & quidem ex intentione Spiritus S. Qualem autem in specie præstet, pauci tam ex Judæis, quam Christianis fuerunt qui id dicere, pauciores qui demonstrare valuerunt. Nos misis aliorum *ἐπιχαῖς* dicimus cum horum Sacrorum peritis *Usum geminae nostrae Accentuationis esse geminum, alterum in dirigendis & distinguendis Verbis, alterum in dirigendis & distinguendis Decalogi præceptis.*

§. 16. Hæc ut claris pateant, repetimus ex variis Script. locis, e. g. Ex. 32, 15. c. 34, 28. Deut. 4. 13. c. 10, 4. DEUMT. O. M. in Monte Sinai per manus Moysi populo suo duas dedisse Tabulas, iisq; *Decem* inscriptis præcepta. (Quæ vero de causa præcisè *Decem* non plura nec pauciora, nostrum non est quærere, sed in Sapientissimæ Dei voluntate acquiescere); Quum autem decem hæc præcepta in se includant quatuordecim uti nonnulli numerant, vel plura etiam effata præceptiva, dubium oritur, quomodo hæc effata sint conjungenda & distinguenda, ut *decem* præcisè fiant præcepta, & quidem intentioni DEI conformia?

§. 17. Circa quam Quæst. tres præcipuè dantur sententiæ Autorū, aliis hæc, aliis illa conjungentibus & dividendis, ut sic *Tres* oriuntur *Modi* dividendi Decalogum uti supra Sect. I. prolixè vidimus. *At* cum unica tantum genuina & menti Spiritus S. conveniens esse possit, meritò quæritur, quænam illa sit, & annon aliquod saltem in Textu Originali ejus rei habeatur fundamentum aut indicium?

§. 18. Atque ita omnibus benè expensis apparebit, Spiritum S. ipsum per *duplicem Accentuationem* nobis certissimum suppeditare voluisse principium, ex quò genuinam & menti ipsius convenientem Decalogi in sua præcepta divisionem deducere & demonstrare possimus. Etenim cum sapientissimo Deo placuerit nonnulla præcepta paulò prolixius proponere, quàm ut unò cõmuni versu (*quippe qui aliàs ultrà 40 voces nunquam habet*) comprehendi queant, e. g. I. & III. præceptum, proinde primâ vice sistit nobis illa præcepta in suos versus divisa determinante sic illos Sillukò in singulorum Versuum sine positò, moderantibus simul totum versum reliquis Ac-

... / *debeant*



centibus huic Silluko subordinatis: Ne quis autem putet, singulos versus singula facere præcepta, aut ne quis præsumat, versus illos proprio aulu conjungere aut separare pro constituendo hoc vel illò præceptò: hinc alterâ vice novam Accentuationem Spiritus S. subministrare, eâque quasi catenulâ aureâ omnes illos versus unum constituentes præceptum ad eò arctè inter se connectere & colligere voluit; ut nemo eos, nisi vi illatâ, divellere aut dissolvere possit. Dehinc cum alia præcepta ad eò breviter esse voluerit Deus, ut duabus tantum vocibus absolvantur; & verò in tota Scripturâ nullus versus duabus tantum vocibus constet; proinde singulis quidem hisce brevibus præceptis suum addidit Sillukum separantem sic præceptum à præceptò: nihilominus tamen, ne quid insolens in sacra Scriptura committatur, hæc ad eò breviter præcepta nim. *quintum, sextum, septimum & octavum* novâ Accentuatione, & vinculo quasi indissolubili in unum versum compegit. At quoties præceptum ita comparatum est, ut commodè unò versu absolvi possit, tunc unicam tantum Accentuationem adhibet, quandoquidem aliàs singuli Accentus bis ponendi essent, & sic res præter necessitatem multiplicarentur. In Nono autem & decimo præceptis, quippe quæ admodum cognati argumenti sunt, itidem unica tantum adhibetur Accentuatione non quasi hæc duo unum faciant præceptum, sed quia iidem ubique, planè recurrerent Accentus, excepto  $\bar{\tau}$  &  $\bar{\tau}$ ; Ne quis autem putet, unicum esse præceptum, studio tam in Exodò, quam in Deuteronomio, in accuratioribus Codicibus (\*) intersertum est  $\bar{\tau}$  h. e.  $\bar{\tau}$  clausura scil. materiæ præcedentæ quemadmodum inter reliqua quoque præcepta omnia habetur vel tale  $\bar{\tau}$  vel  $\bar{\tau}$  seu  $\bar{\tau}$  h. e. *apertura vel initium novi argumenti.*

§. 19. Quæ omnia cum rectius intelligi nequeant, quàm ex ipsâ *ἀποψία*; proinde exhibebimus hic ipsum, Decalogum tum ex Exodò, tum ex Deuteronomio. desumptum & ex adverso sibi positum. ita, ut (1) Textus Hebr. cum duplici sua Accentuar. (2) Versio Latina cum Accentuatione Versuum, & (3) Versio eadem cum Accentuar. præcepti compareat, quò sic facilius tum de illa Accentuum combinatione, tum & de harmonia ac diversitate Accentuum in Exodo & Deuteronomio constare possit. E

## I. DECA-

*hoc  $\bar{\tau}$  datur in Athia gemina editione qua tamen ex antiquissimis Exemplaribus minimè 300 annorum expressa est.*



I. DECALOGUS Exod. XX. descriptus.

אֲנֹכִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֲשֶׁר הוֹצֵאתִיךָ מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם	Accent. duplex. Accent. Versus Pracept.
Ægypti è terrâ   eduxi te qui    Deus tuus Dominus   Ego	
Ægypti è terra   eduxi te qui       Deus tuus Dominus   Ego	
מִצְרַיִם אֲחֵרִים אֱלֹהִים לָךְ יִהְיֶה לָּךְ לֹא— יִהְיֶה לָּךְ אֱלֹהִים אֲחֵרִים	Accent. dupl. Vers.
alii Dii   tibi sint— Non    : servorum è domo	
alii Dii   tibi   sint Non      servorum è domo	Prac.
עַל— פָּנָי : לֹא תַעֲשֶׂה לָּךְ פְּסִלִים וְכָל— תְּמוֹנֹת אֲשֶׁר	Accent. dupl. Vers.
quæ    imaginē— aut ullā   sculptile   tibi facias— Non    : faciē meā— cōtra	
quæ       imaginē— aut ullā   sculptile   tibi   facias Non      faciē meā— cōtra	Prac.
בַּשָּׁמַיִם וּמִמַּעַל וְאֲשֶׁר בָּאֶרֶץ מִתַּחַת וְאֲשֶׁר בַּמַּיִם	Accent. dupl. Vers.
in aquis aut quæ      desubter   in terra & quæ   desuper   in coelis	
in aquis & quæ      desubter   in terra & quæ      desuper   in coelis	Prac.
מִתַּחַת לָאֶרֶץ : לֹא תִשְׁתַּחֲוֶה לָהֶם וְלֹא תַעֲבֹדֵם	Accent. dupl. Vers.
servias eis neq;   iis incurves te— Non      : terram subter	
servias eis neq;   iis incurves te— Non        terram subter	Prac.
כִּי אֲנֹכִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֵל קַדָּשׁ עֵוֹן אֲבֹת	Accent. dupl. Vers.
Patrū iniquitatē     visitans      Zelotes De'   De' tu' Domin'   ego quoniā	
Patrū iniquitatē     visitans        Zelotes De'   De' tu' Domin'   ego quoniā	Prac.
עַל— בָּנִים עַל— שְׁלִישִׁים וְעַל— רְבָעִים לְשֹׂנְאֵי :	Accent. dupl. Vers.
: odio habentes me      quartos— & super tertios— super      filios— super	
odio habentes me      quartos— & super tertios— super      filios— super	Prac.

*Iniquitatē delictorum*

*b. 7. v. 7. m. 2. l. c.*

I. DE-





II. DECALOGUS Deut. V. descriptus.

מִצְרַיִם	אֲנֹכִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֲשֶׁר הוֹצֵאתִיךָ מֵאֶרֶץ	Accent. duplex.
Egypti	è terrâ   eduxi te qui     Deus tuus Dominus   Ego	Accent.
Egypti	è terra   eduxi te qui     Deus tuus Dominus   Ego	Versus Præcept.

אֲחֵרִים	מִבֵּית עֲבָדִים: לֹא יִהְיֶה לְךָ אֱלֹהִים	Accent. dupl.
alii	Dii    tibi sint - Non     : servorum è domo	Vers.
alii	Dii    tibi sint Non     servorum è domo	Prac.

עַל-פָּנָי: לֹא-תַעֲשֶׂה לְךָ פֶסֶל וְכָל-הַמּוֹנֵה אֲשֶׁר	Accent. dupl.
quæ    imaginē - aut ullā   sculptile   tibi facias - Non     : faciē meā - cōtra	Vers.
quæ    imaginē - aut ullā   sculptile   tibi facias Non     faciē meā - cōtra	Prac.

בַּשָּׁמַיִם וּמִמַּעַל וְאֲשֶׁר בָּאֶרֶץ מִתַּחַת וְאֲשֶׁר בַּמַּיִם	Accent. dupl.
in aquis aut quæ    de subter   in terra & quæ    de super   in caelis	Vers.
in aquis & quæ    de subter   in terra & quæ    de super   in caelis	Prac.

מִתַּחַת לָאֶרֶץ: לֹא תִשְׁתַּחֲוֶה לָהֶם וְלֹא תַעֲבֹדֵם	Accent. dupl.
servias eis neq;   iis incurves te - Non     : terram subter	Vers.
servias eis neq;   iis incurves te - Non     terram subter	Prac.

כִּי אֲנֹכִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֵל קַנָּא פֶקֶד עֵינַי אֲבֹת	Accent. dupl.
Patrū iniquitatē   visitans     Zelotes De'    De' tu' Domin'   ego quoniā	Vers.
Patrū iniquitatē   visitans     Zelotes De'    De' tu' Domin'   ego quoniā	Prac.

עַל-בָּנִים עַל-שְׁלִשִׁים וְעַל-רִבְעִים	Accent. dupl.
: odio habentes me    quartos - & super tertios - super    filios - super	Vers.
: odio habentes me    quartos - & super tertios - super    filios - super	Prac.





DECALOGUS Exod. XX. descript.

וְעִשָּׂה חֶסֶד לְאֵלֵינוּ לְאֹהֲבֵינוּ וּלְשֹׁמְרֵי מִצְוֹתַי : ס  
||: Præcepta mea & servatib' | diligētib' me | millib' | misericordiā & faciēs

Accent.  
duplex.  
Vers.

||| Præc. mea & servatib' | diligētib' me | millib' | misericordiā & faciēs

Præcept.  
Accent.  
dupl.

לֹא תִשָּׂא אֶת־שֵׁם יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לְשׂוֹא כִּי לֹא  
non | quia ||| in vanum || Dei tui Domini-Nomen-τὸ | assumes Non

Vers.  
Præcept.

non | quia ||| in vanum || Dei tui Domini-Nomen-τὸ | assumes Non

יִנְקֶה יְהוָה אֶת אִשְׁרֵי־יִשְׂרָאֵל אֶת־שְׁמוֹ לְשׂוֹא :  
|| : in vanū || nomē ejus-τὸ assūperit-qui illū || Dominus | mūdificabit

Accent.  
dupl.  
Vers.

||| : in vanū || nomē ejus-τὸ assūperit-qui illū || Dominus | mūdificabit

Præcept.

זְכוֹר אֶת־יוֹם הַשַּׁבָּת לְקַדְּשׁוֹ : שֵׁשֶׁת  
Sex ||| : ad sanctificandum eum || Sabbathi dici-τὸ | Memento

Accent.  
dupl.  
Vers.

Sex ||| ad sanctificandum eum || Sabbathi dici-τὸ | Memento

Præcept.  
Accent.  
dupl.

יָמִים תַּעֲבֹד וְעִשִּׂיתָ כָּל־מְלַאכְתֶּךָ : וְיוֹם  
| Sed dies ||| : opus tuum-omne | & facies || operaberis | diebus

Vers.  
Præcept.

Sed dies ||| opus tuum-omne & facies || operaberis | diebus

הַשְּׁבִיעִי שַׁבָּת יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לֹא־תַעֲשֶׂה  
| facies non ||| Deo tuo Domino | Sabbathum est || Septimus

Accent.  
anpl.  
Vers.

| facies non ||| Deo tuo Domino | Sabbathum est || Septimus

Præcept.

כָּל־מְלַאכְתָּהּ אִתָּהּ וּבְנֶךָ וּבִתֶּךָ  
|| aut filia tua aut filius tuus | tu | opus-ullum

Accent.  
dupl.  
Vers.

|| aut filia tua aut filius tuus | tu | opus-ullum

Præcept.

Dixit  
maret

Accent.



DECALOGUS Deut. V. descriptus

<p>ועשה חסד לאֵלִים לְאַהֲבֵי וּלְשִׁמְרֵי מִצְוֹתַי: ס          Præcepta mea &amp; servātib'   diligētib' me    millib'   misericordiā Et faciēs</p>	<p>Accent. duplex. Vers.</p>
<p>    Præcepta mea &amp; servātib'   diligētib' me    millib'   misericordiā Et faciēs</p>	<p>Prac.</p>
<p>לֹא תִשָּׂא אֶת־שֵׁם־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לְשׂוֹא כִּי לֹא      non   quia    in vanum    Dei tui Domini-Nomen-τὸ   assumes Non</p>	<p>Accent. dupl. Vers.</p>
<p>non   quia    in vanum    Dei tui Domini-Nomen-τὸ   assumes Non</p>	<p>Prac.</p>
<p>יִנְקֶה יְהוָה אֶת־אִשְׁר־יִשָּׂא אֶת־שְׁמוֹ לְשׂוֹא: ס          in vanū    nomē ejus-τὸ assūserit-qui illū    Dominus   mūdificabit</p>	<p>Accent. dupl. Vers.</p>
<p>    in vanū    nomē ejus-τὸ assūserit-qui illū    Dominus   mūdificabit</p>	<p>Prac.</p>
<p>שְׁמֹר אֶת־יוֹם הַשַּׁבָּת לְקַדְּשׁוֹ כַּאֲשֶׁר צִוָּה        præcepit tibi sicut    ad sanctificandū eū   Sabbathi diem-τὸ   Observa</p>	<p>Accent. dupl. Vers.</p>
<p>  præcepit tibi sicut    ad sanctificandū eū   Sabbathi diem-τὸ   Observa</p>	<p>Prac.</p>
<p>יְהוָה אֱלֹהֶיךָ: שֵׁשֶׁת יָמִים תַּעֲבֹד וְעָשִׂיתָ כָּל־      -omne   &amp; facies    operaberis   diebus Sex     : Deus tuus Dominus</p>	<p>Accent. dupl. Vers.</p>
<p>-omne &amp; facies    operaberis   diebus Sex     : Deus tuus Dominus</p>	<p>Prac.</p>
<p>מִלֵּאכְתֶּךָ: וְיוֹם הַשְּׁבִיעִי שַׁבָּתוֹ לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ          Dei tui Domini   Sabbathum est    septimo   At die     : opus tuū</p>	<p>Accent. dupl. Vers.</p>
<p>    Dei tui Domini   Sabbathum est    septimo   At die     : opus tuū</p>	<p>Prac.</p>
<p>לֹא־תַעֲשֶׂה כָל־מְלָאכָה אֲתָהּ וּבִנְךָ        aut filia tua   aut filius tuus   Tu     opus-ullum   facies -Non</p>	<p>Accent. dupl. Vers.</p>
<p>  aut filia tua   aut filius tuus   Tu     opus-ullum   facies Non</p>	<p>Prac.</p>
<p>Es</p>	<p>Accent.</p>

o hic 5 pro dicit vobis dicit  
 I n t u l i p o s i t i s p u b l i c i s



DECALOGUS Exod. XX. descript.

וְגֵרְךָ	וּבְהֵמָתְךָ	וְאִמְתְּךָ	עַבְדְּךָ	Accens. duplex.
aut peregrinus tuus	aut jumentū tuū	aut ancilla tua	servus tuus	Vers.
aut peregrinus	aut jumentum tuum	aut ancilla tua	servustuus	Prac.

יְהוָה	עָשָׂה	שֵׁשֶׁת-יָמִים	כִּי	בְשַׁעְרֶיךָ	אֲשֶׁר	Accens. dupl.
Dominus fecit	diebus—sex	Quia		in portis tuis	qu i	Vers.
Dominus fecit	diebus—sex	Quia		in portis tuis	qui	Prac.

אֶת-הַשָּׁמַיִם	וְאֶת-הָאָרֶץ	אֶת-הַיָּם	וְאֶת-כָּל-אֲשֶׁר-	Accens. dupl.
-quod-omne-& τὸ	mare- τὸ	terram-& τὸ	coelum- τὸ	Vers.
-quod-omne-& τὸ	mare- τὸ	terram-& τὸ	coelum- τὸ	Prac.

בְּיָמָיו	וַיִּנַּח	בַּיּוֹם	הַשְּׁבִיעִי	עַל-כֵּן	בֵּרַךְ	Accens. dupl.
benedixit	propter—ea		Septimo	indie	& requievit	in eō
benedixit	propter—ea		Septimo	indiei	& requievit	in eō

יְהוָה	אֶת-יוֹם	הַשַּׁבָּת	וַיְקַדְּשֵׁהוּ:	ס	Accens. dupl.
	& sanctificavit eum	Sabbathi diei— τὸ	Dominus		Vers.
ס		& sanctificavit eum	Sabbathi diei— τὸ	Dominus	Prac.

כִּפְדֹּךָ	אֶת-אָבִיךָ	וְאֶת-אִמְךָ	לְמַעַן	יֵאָרְכוּ	יָמֶיךָ	Accens.
dies tui prolōgētur	ut	matrē tuā—& τὸ	Patrē tuū— τὸ	Honora		Vers.
dies tui prolōgētur	ut	matrē tuā—& τὸ	Patrē tuū— τὸ	Honora		Prac.

Accen-



DECALOGUS Deut. V. descriptus

וְכָל- -aut ullum	וְחֹמֶרֶךָ   aut asinus tuus	וְשׂוֹרֶךָ   aut bos tuus	וְאֹמְתָךְ   aut ancilla tua	וְעַבְדְּךָ   aut servus tuus	Accent. duplex Vers.
וְכָל- -aut ullum	וְחֹמֶרֶךָ   aut asinus tuus	וְשׂוֹרֶךָ   aut bos tuus	וְאֹמְתָךְ   aut ancilla tua	וְעַבְדְּךָ   aut servus tuus	Prac.
לְמַעַן    ut	אֲשֶׁר בְּשַׁעְרֶיךָ in portis tuis	וְנִרְךָ qui	בְּהֵמְתְּךָ   aut peregrinatus	jumentum tuū	Accent. dupl. Vers.
וְכָל- -aut ullum	וְחֹמֶרֶךָ   aut asinus tuus	וְשׂוֹרֶךָ   aut bos tuus	וְאֹמְתָךְ   aut ancilla tua	וְעַבְדְּךָ   aut servus tuus	Prac.
וְזָכַרְתָּ    Nam memineras	כְּמוֹתִי     sicut tu	וְאֹמְתָךְ   & ancilla tua	וְעַבְדְּךָ   & servus tuus	רְקִיעֶשְׁכָּא   requiescat	Accent. dupl. Vers.
וְזָכַרְתָּ    Nam memineras	כְּמוֹתִי     sicut tu	וְאֹמְתָךְ   & ancilla tua	וְעַבְדְּךָ   & servus tuus	רְקִיעֶשְׁכָּא   requiescat	Prac.
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ    Deus tuus Dominus	וְיָצְאָךָ   sed eduxit te	מִמִּצְרַיִם       Egypti in terra	וְהָיִיתָ עֶבֶד   fuisti servus	quod	Accent. dupl. Vers.
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ    Deus tuus Dominus	וְיָצְאָךָ   sed eduxit te	מִמִּצְרַיִם       Egypti in terra	וְהָיִיתָ עֶבֶד   fuisti servus	quod	Prac.
צִוְּךָ   praecepit tibi	עַל-כֵּן   propter ea	וּבְיָדְךָ       extenso & brachio	חֻקָּה   valida manu	וּבְיָדְךָ   inde	Accent. dupl. Vers.
צִוְּךָ   praecepit tibi	עַל-כֵּן   propter ea	וּבְיָדְךָ       extenso & brachio	חֻקָּה   valida manu	וּבְיָדְךָ   inde	Prac.
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ       Sabbathi diem	לַעֲשׂוֹת   ad colendum	אֶת-יוֹם       Sabbathi diem	הַשַּׁבָּת       Sabbathi diem	אֶת-יוֹם       Sabbathi diem	Accent. dupl. Vers.
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ       Sabbathi diem	לַעֲשׂוֹת   ad colendum	אֶת-יוֹם       Sabbathi diem	הַשַּׁבָּת       Sabbathi diem	אֶת-יוֹם       Sabbathi diem	Prac.
כִּבְיָדְךָ   praecepit tibi	כַּאֲשֶׁר   sicut	אֶת-אִמְךָ   matrem tuam	וְאֶת-אֲבִיךָ   & Patrem tuū	וְאֶת-אֲבִיךָ   & Patrem tuū	Accent. Vers.
כִּבְיָדְךָ   praecepit tibi	כַּאֲשֶׁר   sicut	אֶת-אִמְךָ   matrem tuam	וְאֶת-אֲבִיךָ   & Patrem tuū	וְאֶת-אֲבִיךָ   & Patrem tuū	Prac.
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ       Deg tuus Dominus	וְלִמְעַן       Deg tuus Dominus	יִמְךָ       Deg tuus Dominus	יִאָּרְכּוּ       Deg tuus Dominus	יִמְךָ       Deg tuus Dominus	Accent. Vers.
יְהוָה אֱלֹהֶיךָ       Deg tuus Dominus	וְלִמְעַן       Deg tuus Dominus	יִמְךָ       Deg tuus Dominus	יִאָּרְכּוּ       Deg tuus Dominus	יִמְךָ       Deg tuus Dominus	Prac.

E 4



DECALOGUS Exod. XX. descript.

עַל הָאֲדָמָה אֲשֶׁר-יְהוָה אֱלֹהֶיךָ נָתַן לְךָ ׀

Accent. duplex.

||| : tibi dat | Deus tuus Dominus-quam || terrâ | super *Verf.*

||| : tibi dat | Deus tuus Dominus-quam || terrâ | super *Præcept.*

לֹא תִרְצַח׃ ׀ לֹא תִנְאֻף׃ ׀ לֹא תִגְנֹב׃ ׀

Accent. dupl.

|| furaberis ת Non || adulterabis ת Non || occides ת Non *Verf.*

||| : furaberis ת Non ||| : adulterabis ת Non ||| : occides ת Non *Præcept.*

לֹא-תֵעָנֶה בְּרֵעֶךָ עַד שִׁקֵּר׃ ׀

Accent. dupl.

Non ||| : falsitatis testim. | inproximū tuum respondebis-Non *Verf.*

Non ||| : falsitatis testim. | inproximū tuum respondebis-Non *Præcept.*

תַּחֲמוֹד בַּיִת רֵעֶךָ ׀ לֹא-תַחֲמוֹד אִשְׁתְּ

Accent. dupl.

uxorem | concupisces-Non ||| Proximi tui domum | concupisces *Verf.*

uxorem | concupisces-Non ||| Proximi tui domum | concupisces *Præcept.*

רֵעֶךָ וְעַבְדּוֹ וְאִמָּתוֹ וְשׂוֹרֹ

Accent. dupl.

aut bovem ejus | aut ancillam ejus aut seruum ejus || Proximi tui *Verf.*

aut bovem ejus | aut ancillam ejus aut servum ejus || Proximi tui *Præcept.*

וְחֲמֹרוֹ וְכָל אֲשֶׁר לְרֵעֶךָ׃

Accent. dupl.

||| : proximi tui quod | aut omne ||| aut asinum ejus *Verf.*

||| : proximi tui quod | aut omne ||| aut asinum ejus *Præcept.*

Accent.



DECALOGUS Deut. V. descriptus

עַל הָאֲדָמָה אֲשֶׁר-יְהוָה אֱלֹהֶיךָ נָתַן לְךָ ׀

Accent.  
duplex.  
Accent.  
Vers

||| : tibi dans | Deus tuus Dominus-quam || terra | super

||| : tibi dans | Deus tuus Dominus-quam || terra | super

Praceps.

׀ לֹא תִרְצַח : ׀ וְלֹא תִנְאָף : ׀ וְלֹא תִגְנֹב :

Accent.  
dupl.

|| furaberis Non || adulterabis Non || occides Non

Vers. 2-2

||| : furaberis Non ||| : adulterabis Non ||| : occides Non

Praceps.

וְלֹא תֵעָנֶה בְּרֵעֶךָ עַד שׂוּא : ׀ וְלֹא

Accent.  
dupl.

Etnon ||| : falsitatis testim. | inproximū tuum respondebis-Etnon

Vers.

Etnon ||| : falsitatis testim. | inproximū tuum respondebis-Etnon

Praceps.

תַּחֲמֹד אִשְׁתִּי רֵעֶךָ ׀ וְלֹא תִתְאָוֶה בֵּית

Accent.  
dupl.

domum | concupiscas Neq; ||| Proximi tui uxorem | concupisce

Vers.

domum | concupiscas Neq; ||| Proximi tui uxorem | concupiscas

Praceps.

רֵעֶךָ שְׂדֵחֹו וְעַבְדֹו וְאִמָּתֹו שׂוֹרֹו

Accent.  
dupl.

bov̄e ejus | nec ancillā ejus nec servum ejus | agrum ejus || Proximi tui

Vers.

bov̄e ejus | nec ancillā ejus nec servu m ejus | agrum ejus || Proximi tu

Praceps.

וְחִמְרוֹ וְכֹל אֲשֶׁר לְרֵעֶךָ :

Accent.  
dupl.

||| : proximi tui quæ | vel omnia ||| nec asinum ejus

Vers.

||| : proximi tui quæ | vel omnia ||| nec asinum ejus

Praceps.

E S

S. 20. Atque





§. 20. Atque ex hisce nunc demum apparet, quomodo sese habeat genuina & menti Spiritus S. conveniens divisio Decalogi in sua præcepta: Nim. Primum præceptum absolvitur quinque versiculis communibus, & quidem in specie illis verbis: *Ego sum Dominus Deus tuus*, usque ad: *Et servantibus præcepta mea*. In hisce enim ultimis verbis datur *Silluk* Imperator maximus dirigens & connectens omnes illas voces intermedias usque ad vocem hujus præcepti primam: *Ego*, sub  $\text{—}$  Paschtâ signatam. Hujus autem præcepti longior tenor tam in *Exodô*, quam *Deuter.* ( $\alpha$ ) bifecatur in duas partes per  $\text{—}$  *Atnachum* in voce: *Odio habentes me*, utpote ubi finitur *comminatio* Præcepto primo innexa: & sic contradistinguitur alteri seu posteriori versûs parti, quæ continet *promissionem*, unâ cum subintellectâ totius præcepti repetitione, ad innectendum ei pariter *promissionem*, sicut ante *comminationem*: Sic bifecâtio argumentô præceptivô totô per *Atnachum*, jam ( $\beta$ ) Anterior pars hujus iterum bifecatur in remotissimô ab *Atnach* subdistinctivo majore scil.  $\text{—}$  *Sakephkatonô* pro  $\text{—}$ , (vid. *Wasmuth. Tab. Prof. not. y*) in voce *Deus tuus*; utpote brevi & summariâ prius propositione vel proœmiô totius præcepti primi; cui igitur contradistinguantur *reliqua* non nisi uberiorem ejus deductionem continentia, quæ consistunt tum (1) in *thesi* (seu præceptione affirmativâ) *Ego*, inquam, *sum is* (tibi Colendus) *Deus*, qui *Te eduxi ex terra Ægypti è domo servorum*  $\text{—}|||$  tum (2) in *Antithesi* (seu præceptionibus negativis tribus) *de non habendis diis aliis*  $\text{—}|||$  *de non sculptili assimilandô vero Deo*  $\text{—}|||$  & *de non incurvando se iis* &c.  $\text{—}|||$  quibus denique subnectitur *comminatio*, usque ad  $\text{—}|||$ : quorum omnium proportio de ceterô est evidens.

Vol. I. Sach. i. p. 112.

§. 21. Ex quibus sole meridianô clarius patet *Lutheranos* hæctenus rectè præceptum primum ex illis verbis: *Ego sum Dominus DEUS tuus* &c. usque ad: *servantibus præcepta mea* fecisse; *Talmudistas* verò & *juniores Rabbinos* minus rectè præceptum illud divulgasse, proœmium pro primo præcepto agnoscentes, reclamantibus simul ipsis *Charactere Spiritus S. distinctivô*, & ratione hac firmissima, quod scil. omne præceptum contineat *orationem non Enun- ciativam*, quâ verum significatur; sed *imperativam*, in quâ fit men-  
tio



tio actus alicujus, ad quem homo obligetur, uti inductione reliquorum Decalogi præceptorum omnium apparet. Verba autem illa: *Ego sum Dominus DEUS tuus*, connectuntur cum seqq. *Non habebis Deos alienos coram me* hunc in modum, ut subsit aliqua ratio, cur alii Dii non sint habendi, quasi dictum sit: Cum ego sim *Jehova*, (h. e. is, qui à se ipso est, & à quo est, quicquid est), ergò alieni Dii coram me non sunt. Rationibus, quas pro se afferunt Judæi, quasque supr. Sect. 1. §. 10, allegavimus, abundè satisfacit Paulus Burgensis *Addit. ad Liranum Addit. 1. Exod. c. 20*. Ita & *Calviniani* à veritate aberrant, dum primum hoc præceptum itidem contra authenticum distinguendi Characterem divellunt, & primum præceptum faciunt, *Non erunt tibi Dii alieni*, Secundum verò: *Non facies Tibi sculptile*, cum hæc posteriora verba saltim sint Explicatio priorum, uti manifestissimè apparet ex supra expressò Textu Hebræo, quippe ubi omnia hæc primi & secundi Calvinianorum præcepti verba indissolubili nexu inter se invicem cohærent. Rationes quas aliàs Calviniani pro sua sententia urgent, nos hac vice non tangimus, nisi quâ Accentuationem spectant, sed Dnn. Theologorum discussioni relinquimus.

§. 22. Jam *Præceptum secundum* sequitur, quod eundem habet versûs & præcepti terminum. Hinc nullâ opus est Accentuatione duplici. Nam si duplex adhiberetur, semel pro dirigendò versu, & alterâ vice pro dirigendò præceptò, idem comparerent Accentus, uti superius ex proposito Textu patet. Sed cum *res præter necessitatem non sint multiplicandæ*, hinc simplex tantùm in hoc præcepto datur Accentuatio.

§. 23. *Tertium præceptum* absolvitur in Exodò tribus versibus, adeoque verbis: *Observa diem Sabbathi* usque ad: *Et sanctificavit eum*: In Deuteronomio autem 4 versibus, adeoque verbis: *Observa diem Sabbathi &c.* usque ad: *ad colendum diem Sabbathi*, absolvitur. Atq; hujus Argumenti præceptivi longior tenor (a) bifecatur in duas partes per  $\bar{\alpha}$  & quidem in Exodo in verbis: *Et requievit in die septimo  $\bar{\alpha}$  |||||*: sed in Deuteron. in verbis: *sicut tu*, utpote ubi contradistinguitur ipse principalis tenor præcepti subjunctæ ætiologiæ seu causæ expositioni, cur Deus ipsis intimârit Sabba-



Sabbathi requiem, scil. in Exodo: *quia Deus septimò die requievit ab opere Creationis & in Deuteron. ut scil. meminerint laboriose servitutis in Egyptò &c.* ubi sic utrinque posterior pars evidentes satis subsecutionum rationes habet: *propterea benedixit &c. propterea praecepit tibi &c.* Bisectò sic Argumentò totò præceptivò per  $\frac{a}{b}$ , jam (B) anterior pars biseccatur iterum in remotissimo ab Athnacho subdistinctivo Majore  $\frac{c}{d}$  & quidem in vocibus: *Omne opus tuum*: utpote *summariâ itidem prius propositione* (uti supra in primò præcepto factum) *totius præcepti tertii scil. de sanctificando Sabbatho, & operando sex diebus* (quod utrumque disertè exhibet præceptum tertium, & in exegesi, ut & Epitome non negligendum aut omittendum fuerat) cui contradistinguitur sequens latior tantum explicatio per subdivisionem plurium subjectorum specificatorum, quæ itidem satis evidentem habent inter se proportionem.

§. 24. *Quartum* jam Præceptum, cum pariter ac secundum habeat eundem terminum versus & præcepti, proinde quoque unam simplicemque saltim habet Accentuationem.

§. 25. *Quinti, Sexti, Septimi & Octavi* præcepti ex adversò jam brevior tenor (ob causam supr. §. 18. allegatam) inclusus est uni versui, mediâ hujus Sectione per  $\frac{a}{b}$  contradistinguentem *Lesionem Corporis proximi prohibitam lesioni externorum ejus bonorum, facultatum nim. & fame.* Et quia diversa ibidem habetur ratio præceptorum & versus, proinde duplex quoque datur Accentuatio, interserta ubique post finem præcepti literâ  $\text{D}$  Conf. §. 18.

§. 26. Tandem *Nonum & Decimum* præceptum continetur & absolvitur unicò versu simplici; Accentuatione, sed tamen cum  $\text{D}$  interpositò. Conf. §. 18. ut ita manifestè Lutheranorum nonum & decimum præceptum distincta maneat præcepta, quod magis confirmatur ex eò, quod primum præceptum nullò modò distingui potest, utpote quod continuatò & indissolubili per Accent. nexu cohaeret: Si igitur Decem esse velint præcepta, nonum hoc & decimum necessariò distincta esse debent. Et hæc in Thesi dixisse sufficiat.

*Sub, necesse est.*

SECT. III.

*Vol. I. Sabbathi.*



## SECTIO III.

*Solvens Cl. Buxtorfii, Hackspanii, aliorumq; Objectiones contra hunc gemina Accentuationis usum, quem praeſtat in genuina diviſione Decalogi.*

S. I. Quod Hebr. Magistri doctè pariter & eleganter habent :  
 פשוט כי אין אמת אין *Nibil est tam certum, in quo non sit aliquid dubii*, id in hoc nostro Themate de duplici Accentuatione verum esse observamus, imprimis ex Objectionibus illorum, qui se huic nostrae sententiae opponunt. Inter hos nonnulli eò audaciae progrediuntur, ut nullis rationibus vel admisis vel allatis Accentuationem omnem, tanquam inutile figmentum Neotericorum Judæorum planè rejiciant, metuentes fortè, si hæc à Spiritu S. profecta esse aut aliquem usum habere statuerent, ne quis magnum hoc onus cervicibus ipsorum imponat, ut aliis domesticis occupationibus missis, has tricas, ut vocant, demùm discere debeant. Alii verò longè modestiores sua per rationes dubia proponunt, aliisque ansam subministrant de iis cogitandi, eaque solvendi. Inter quos posteriores meritò numeramus Cl. Buxtorf. F. qui in *Volum. Dissertationum, dissert. VI. de Decalogo* sententiam hanc de Duplicis Accentuationis Usu in distinguendo Decalogo modestè rationibus examinavit, cujus proindè rationes nos quoque modestè expendemus, iisq; quantum chartæ angustia permittet, satisfaciamus, & quidem in gratiam potius illorum, qui fortè Argumētis Celeberr. Viri seduci possent, quàm ipsius Buxtorfii, quippe de quò ferè certi sumus, illū in hac sententiā non perstitisse, sed eandem expensis meliùs rationibus demùm deseruisse. Et confirmat nos in hac fide tum Viri illius *opinione* summa in indagandis rebus industria & judicium, nec non Sanctus ipse pro Textu Originali ejusque punctorum certitudine Zelus & fervor, tum & imprimis, quod Dissertationum ipsius VI de Decalogo, in prima editione ab Anno 1645 existens, omissa sit in nova ipsius Editione, quæ Anno 1662 prodiit: Unde probabiliter colligo, Virum Doctissimum mentem mutasse, & ne quid contra hypotheses Calvinian. statuere debuerit, fortasse planè omittere





tere voluisse hanc dissertationem: Quod enim jamtum fluctuavit, videntur verba ipsius clarè satis monstrare, quæ S. 65. habet, dum scribit: *Non diffitemur, si illud esset* (scil. quod hactenus de Accentuatione gemina dictum est) *magnum pro ista distinctione fundamentum suppeditaret.* Sed quicquid sit, nos, ut diximus, breviter examinabimus Adversariorum imprimis *Buxt.* *Objectiones Philologicas.*

S. 2. Atque sic ab initio statim sese offert Magister quidam Jenensis, qui præfat. in tract. Joh. d'Espagne von Zehen Geboten / sequentia, permittente etiam Censore, nimis audacter scribit: Zwar einige der Unsrigen unterfangen sich / auß der Hebreischen Accentuation unsere Abtheilung zu befestigen. Aber wenn wir keine stärckere Argumenta, als dieses / hätten / so würden sie gewiß den stich nicht halten. Denn solches ist ein Beweisgrund / der gar auff schwachen Füßen stehet. Gestalt Moses und die Propheten die Accentus nicht selbst zum Hebreischen Texte gesezet. Denn die figuræ punctorum Vocalium, mit denen die Accentus zugleich auffgekomen / sind nicht gleiches Alters mit denen Hebreischen Buchstaben / und sind es die Rabbinen selbst nicht in Abrede. (quod tamen falsissimum). Pergit Autor: Ja die Buchstaben / die wir heute zu Tage die Ebreischen heissen / sind nur Chaldeisch / weil die Samaritanischen (wie man sie nennet) die rechten ubralten Hebreischen sind: Quibus rationum locò subjungit Auctoritatem Dn. Sennerti Profess. Witteberg. & Gerhardi Junioris Prof. Jenensis.

S. 3. Sed præterquam, quod hæc omnia à Cl. Buxtorf. & Wasmutho dudum sint profligatissima, eaque supr. Sect. II. à nobis falsissima esse demonstrata fuerint, videamus etiam, quid gratiæ inierit apud Orthodoxos hic Autor suâ hæc præfatione, cujus Interpretes hac vice nobis sit Celeberrimus Dn. D. Scherzerus Philologus juxta ac Theologus Lipsiens. incomparabilis, qui in Epistola ad Amicum d. 17. Dec. 1674 datâ hæc scribit: *Sonst wil ich auß Christl. Aufrichtigkeit melden / daß Herr M. Hâners ןד״פ״ן über des Joh. d'Espagne Tractat hier zu Lande schiele Augen mache / weil Er NB. die verworffene Lehre von denen Accenten und Ebreischen Buchstaben (das nehmlich jene sollen ein neu Gündlein / diese aber die Chaldeischen seyn) behaupten wil. Und weil man muchmassen wil / es solte der Herr / als*



als ein vormahls gewesener Rabbi Nach darzu gegeben haben (welches ich doch widersprochen) (& rectè quidem, nam ille Rabbi doctissimus nobiscum planè sentit) so könnte darauß leicht geschehen/ daß der Herr NB. in einen bösen Verdacht gerieth / welches ich zu seinen besten schreibe; Er wird schon sehen wieder Sachen zu thun. Et hanc suspicionem dehinc à se amoliri voluit Rabbi ille olim inter suos doctissimus, nunc Christianæ Religioni addictissimus Carmine quodam Hebraico nostris Institution. Accentuatoriis subjuncto.

§. 4. Hisce sic præmissis, ordo nunc postulat, ut *Objectiones Cl. Buxtorfi* contra *Cl. Samuelem Boblium* principium Accentuationis duplicis pro genuinâ divisione Decalogi asserentem, expendamus, quod principium Vir Clariss. quatuor præprimis Objectionibus Generalibus impugnat, nosque illud ab iisdem vindicabimus.

§. 5. Et quidem ad *primam Objectionem*: *Quod hætenus à nullo satis demonstratus sit vel verus Autor, vel vera Causa duplicis illius Accentuationis*: Resp. Quod *Autorem* attinet, non posse esse dubium, quin duplicis hujus Accentuationis idem sit Autor, qui simplicis Accentuationis, nec non literarum & Vocalium, quandoquidem in omnibus Codicibus tam impressis, quàm MSCris constantissimè duplex habetur Accentuatio, nec non Vocalium ad Accentuum horum positum geminatio & insolens aliàs literarum signatio e. gr. in פְּנִי, מִתְחַת, הִרְצָח &c. vel ut in accuratiss. Athiæ Codice

הִרְצָח, (ne quis - illud ultimum perperam cum nonnullis pro Pathah furt. habeat), quæ omnia, nisi à Scriptoribus Sacris sic posita essent, arguerent utique universalem Codicum corruptionem, quam *Cl. Buxtorfius* nunquam admittet.

§. 6. Si quis tamen nihilominus adhuc *Accentuationis duplicis*, nec non *genuinæ Decalogi divisionis Antiquitatem* in dubium vocare velit, is manifestè argui poterit ex *Masorâ* prisca populi Judaici *Criticâ* incomparabili: Hæc enim cum in omnibus aliis 52 *Paraschis* seu Sectionibus Pentateuchi numerum versuum inierit fidelissimè, & aliàs accuratè concordet cum enumeratis versibus in hodiernis nostris Codicibus; unicè in *Parascha Decalogica* ab iis discrepat, dum tantùm 72 versus numerat in *Exodô*, & 118 in *Deu-*



48

teronomiô : Nostrates autem Codices 78 in Exodo, 125 in Deuteronomio numerare solent. Quod certè non aliundè provenit, quàm quod nostri Codices, ut & Versiones ineant numerum Versuum communium, quotquot dantur; cum Masorethæ Versuum præceptorum potius rationem habeant, adeoq; singula præcepta pro singulis versibus numerent, id quod ad oculum patefcet versus illos numeranti. Quicumque autem hujus Masoræ statuantur Autores sive Tiberientes, sive rectius Efras & Viri Synagogæ M. certè insignem pro se allegare poterit Antiquitatem Divisio hæc Decalogica ex duplici Accentuatione exstructa & defensa.

§. 7. Quod autem Vir Clarissimus dicit, à nullò hætenus veram causam (rationem fortè dicere voluit) duplicis illius Accentuationis demonstratam esse; id quodammodò rectè sese habet, quatenus adjecit hætenus (scil. usq; ad tempus scriptionis illius Buxtorfianæ & Bohlianæ, Anno 1645) hodiè autem non amplius valet. Interea enim quantum profecerit illa doctrina Accentuationis Hebrææ, nemo facilè eruditiorum hodiè Hebraistarum ignorat, imprimis postquam prodiit *Institutio Methodica Wasmuthiana* nec non ejusd. *Vindiciæ* eandem defendentes. Ut adeò non amplius hodiè istà incertitudine laboremus, quam Cl. Buxtorf. sub hætenus <sup>tempore</sup> est conquestus.

§. 8. Ad secundam Objectionem Viri Clariss. Quod illa (Accentuatio duplex) non sit continua per totum Decalogum, sed abrum-patur in Præceptis: Non assumes &c. Honora Patrem &c. Non concupisces &c. In quò ultimò ob conformitatem, maximè quòq; observari debuerit, si duo illis præcepta comprehenderentur: Respondemus, quod discontinua sit illa duplex Accentuatio Decalogi (simplici nempe redeunte in præcepto II & IV), non solū evidens ratio datur, quam supra Sect. II. §. 22. exposuimus; sed & illa ipsa commutatio simplicis pro duplici Accent. in illis duobus præceptis, quàm maximè facit pro hac intentione probandi divisionem Decalogi ex illa duplici Accentuatione; siquidem exinde clarissimè patefcit totum fundamentum istius probationis, quam afferimus, quod scil. quousque duplex Accentuatio protenditur continua in Decalogo, eousque proferatur & determinetur finis præcepti unius per plures  
licet



licet versus, (quò ipso Præcepti primi & tertii veri longitudo & sic à sequente distinctio nobis evincitur); adeò ut quoties contra finis præcepti non excedit terminum versus. (ceum sit in secundo & quarto Præcepto) statim cesset simul illa duplex Accent. (cessante nim. illa ejus causâ, quam ut probationem legitime divisionis Decalogi urgeamus), & redeat pro eâ simplex. Proindè illa Cl. Buxtorfii Objectione ex non perspectâ illâ doctrinâ Accent. orta, firmisimum potius pro nobis facit Argumentum.

§. 9. Quod verò in ultimò (nobis penultimò) aliter tamen factum esse, objicit Vir Doctissimus, Resp. & hujus aliam vicissim esse Causam; quod nempe, si illò versu duo præcepta ultima complexò, debuisset duplex Accentuatio (ex conformitate primi & tertii, quæ urgetur) adhiberi, non nisi iidem planè Accentus (præter  $\bar{\text{—}}$  &  $\text{—}$  geminandi fuissent) (minimè verò alii è versus, alii è præcepti seu longitudine seu moderamine futuri fuissent, uti omninò sit in primò & tertio præcepto); at verò hoc nullatenus admissum est in totâ duplici Accentuatione Decalogi, ut iidem planè Accentus gemini apponerentur, quandoquidem sic finem hic intentum geminationi dare non posset. Quò accedit, quod  $\text{D}$  adjectum illi magno distinctivò Athnacho, in fine noni Præcepti idem præstet in discernendo eò à Decimo Præcepto, quod aliàs in 5to, 6to, 7mo Præceptis designat.

§. 10. Ad Tertiam Objectionem, Quod scil. magna Exemplarium, maximè in Præcepto primò & secundo detur varietas, & adhuc sub iudice lis sit, quænam sint meliora? Respondemus, (a) Mirum esse, quæritam hanc plerorumque Hebræo - Massigum & destructorum aliàs S. Veritatis Hebrææ  $\omega\epsilon\phi\alpha\sigma\iota\upsilon$  de Exemplarium varietate, (non nisi particularium Codicum nunquam negatas differentias aliquando inferente) nunc pariter obtendat Celeberrimus ille Assertor aliàs certitudinis & integritatis Hebrææ, dum Accentuationis non satis sibi perspectæ rationem impugnat; qui utique quam passim urget, tam totius S. Codicis Hebr. quam minimarum ejus partium, illibatam ubique integritatem & incorruptionem, hîc quoque eandem & imprimis in Decalogo ipso non minus agnoscere & defendere potius debuerat. (b) Quod particularium Codicum hîc quædam sint Variationes, uti certum est, nec nobis negatur;



ita vicissim sufficientes nobis suppetunt rationes ex ipsa arte emendandi illos quorundam Codicum hinc admissos errores.

§. 11. Tandem ad *Quartam* Objectionem, quod *Argumenta, quæ hinc extruuntur, multis modis invalida & infirma sint.* Resp. hanc ipsam Objectionem valdè esse *invalidam & infirmam*, ut quæ generaliter tantùm negat, quod specialiter rationibus non infringit. Equidem *Cl. Buxtorf.* in seq. ἐκθέσει harum IV Objectionum, alicubi descendit ad specialia; at: alia, quæ semper laborant ἀσυνλογισία τῶν λαμβανόμενων ἐν ἀρχῇ. Nusquam enim ferè ulla affertur nova instantia aut ratio contraria, quin aut (α) nitatur aliquâ superiorum trium Objectionum jam dilutarum; quibus verò elisis, utiq; sec. illud: *ruente fundamento corruit edificium ejus*; aut (β) impugnat talem *Bohl.* demonstrationem, quæ nulla est, vel non stringit, nec igitur nobis usurpatur: aut (γ) ex ignoratâ *Buxtorfio* verâ duplicis Accentuationis ratione oritur, & facilè refelli potest.

§. 12. Argumenta *Cl. Hackspanii* quòd spectat, ea nihil novè ferè aut solidi habent, quod non jamtùm à *Cl. Buxtorfio* fuerit allatum. Imò *Cl. Hackspanius* *B. Bohlii* scriptum *de Verâ Divisione Decalogi* nunquam oculis usurpasse, sed omnia sua ex *Cl. Buxtorfii* Dissertatione hausisse, alicui videri posset, quandoquidem eum adeò constanter *Johannem Bohlium* nominat, qui tamen *Samuel* baptizatus fuerat. Ut ita, cum Rationibus *Buxtorfii* à nobis satisfactum esse speremus, facilè *Cl. Hackspanii* rationibus refutandis superfedere possimus, imprimis, quia jamtùm limites Disputationis alicujus Inauguralis contra consuetudinem hujus loci transgressi esse videmur.

§. 13. Antequam tamen huic Dissertationi nostræ Coronidem imponamus, monemus (1) Quod in hac Chartæ angustia rationes, cur hi vel illi Accentus sub hâc vel illâ voce, tum ratione versuum, tum ratione præcepti comparuerint, studio omiserimus, ceu ex Præceptis Accentuatoriis vel Tironibus notas, imprimis cum ex versione geminâ Textui Hebræo subjecta facilè constet, quinam Accentus singulis, & quâ Consecutione competant. (2) Quod Varias Lectiones aut vitia potius Codicum hac vice annotare itidem supervaneum esse duxerimus, cum Textus Hebræus suprâ à nobis expressus,



§ I

pressus, ceu *Rectum sui curvūq; index facile esse possit*. Cur tamen alios Accentus expunxerimus, alios retinuerimus, alios interdum planè mutaverimus, in nova Editione, si qua sequetur, rationes dabimus sufficientes. (3) Denique monemus circa vocem לשונאי, quæ habetur in primo præcepto, quod licet eam interpretati simus *Odio habentes me*, maluerimus tamen utrumque & *Odio habentes & odiò habentium me* poni potuisse, ut includerentur Patres & filii: Non diffitemur equidem Accentuationem præcipuè intendere sensum: *Odiò habentium me*, sed ita tamen, ut non planè excludat alterum sensum, quippe qui alius quoque Script. dictis est conformis scil. Ez. 18, 20. *Filii non portabunt iniquitatem Patrum*, nisi scil. Patrum malorum vestigiis insistant. Sed ut aliquoties diximus: הירעה הזאת קטנה מהכיל אותם והמצע קצר מהשתרע: *Cortina præsens minor est, quàm quæ comprehendat ea, & stratum (residua pagellæ) nimis exiguum potius, quàm ut redundet*. Igitur filum hîc abruptentes

DEO LAUDES CANIMUS PERENNES.

## Corollaria & Paradoxa.

(1) *stilus Grecus N. T. admodum impurus est, nec tamen in N. T. datur imparitas.*

(2) *Parum abest, quin omnes Aristotelis Regula plurimæ ac intricatissimæ de Syllogismis Modalibus, (quas proposuit lib. 1. prior Analyt. cap. 8. usq; ad cap. 22.) reduci possint ad tres facillimas Regulas.*

(3) *Doctrina de DEO, Angelis & Anima videtur referri potius ad partem specialem Metaphysices, quàm eò pertinere.*

(4) *Præter Actum primum & secundum datur Tertius.*

(5) *An bruta Actionum suarum dici possint Domini, exercitii gratiâ disputabimus.*

Sic

*Addi possunt loca Arist. Brunoniani, quibus patet, fore hanc sententiam fuisse everti posse.*



**S**ic igitur cathedram scandes ; pro more daturus  
Doctrinae specimen publicum, amice, tuæ?  
Gloria, Virtutis comes indivulsa, sequetur.  
Serta parat capiti nostra Minerva tuo.

*Affectum testaturus Clariss. Dn. Candidato cum  
omnigenæ prosperitatis voto scr.*

**CHRISTIANUS Kortholt/**

S. Th. D, & Prof. Primar.

---

**S**IT felix specimen, FELICITER! accino cœptis:  
Sic pergas pulcræ currere mentis iter.

*Ita Clarissimo ac Doctissimo DN. CANDIDATO,  
Fautori & Amico suo honoratissimo applau-  
dere voluit, debuit*

**PRÆSES,**

---

**Q**uilibet R, P, 7, Studiosus discere debet,  
In tribus his linguis, † sacra scripta fuit;  
Brandius hoc fecit: sic non solum Studiosus  
Sed mox dicendus jure Magister erit!

**M. Leõnhartus Pegman,**  
in recommendationem Dni Candi-  
dati posuit hocce hieroglyphicum.

---


Errata nobis obiter observata sic corrigantur.

Pag. 6. lin. 29. pro *cit.* legatur *de Decal.* lin. ult. pro *Gelanii* leg. *Gelenii*.  
p. 34. l. 10. post *facias* pone <sup>l</sup>; p. 35. l. 8. pro <sup>ל</sup> lege <sup>ל</sup> & lin. 10 post  
*facias* pone <sup>l</sup>; p. 36. lin. ult. lege: | tu || opus. p. 41. lin. 6. leg: Occides.  
lin. 8. post primum <sup>ל</sup> pone <sup>ל</sup> pag. 43. l. 23 pro *idem* lege *idem*.












To 335

ULB Halle

3

003 928 160




sb.

von


nd











משימי ה  
צטטר  
eu  
usu  
TUATIO-  
MINÆ,  
In  
SIONE DECALOGI.  
*Philologica,*  
nam  
Philosophici Consensu  
in Philosophia Honoribus  
ESIDE  
no & Amplissimo  
D O P I T I O,  
ess. Collegii Philoso-  
DECANO,  
è tuebitur  
BRUNDE/  
urgô-Holsatus.  
Octobr. 1677.  
Reumanni, Acad. Typogr.

an 15  
16

g.

